7 fortasse fuit B/INA. — 9 editor cogitavit de *Rusaditanis*; sed possent fuisse item Rusippisiritani.

II. *Taksebt.*

Ruinas hodie dictas Taksebt quod antea statuerunt (Berbrugger *rev. Afr.* 1 p. 499, cf. Cherbonneau *bull. dell' inst.* 1873 p. 191) esse *Rusippisir municipii* tabulae Peutingeranae, *Rusuvisir* cosmographi Ravennatis 5, 4, 'Ρουσουβιρρίς Ptolemaei 4, 2 — eiusdem oppidi episcopus videtur fuisse qui recensetur in notitia a. 484 inter episcopos provinciae Caesariensis n. 22 *Rusubritanus* — iam explosum est, postquam titulus n. 8995 Rusuccurium probavit fuisse in loco proximo Tagzirt (cf. caput seq.). Oppidum id de quo agitur si nominatur in itinerariis, Iomnium municipium sit necesse est, quod proximum a Rusuccurio orientem versus recensent tabula Peutingerana et itinerarium Antonini ('Ιόμνιον est etiam apud Ptolemaeum l. c., *Lomnio* apud anonymum Ravennatem; episcopus *Iommitensis* memoratur in actis collationis Carthaginiensis a. 411 c. 208, Mansi 4, 160). Sed ne id quidem probabilitatem habet, cum tabula Peutingerana m. p. XXVIII, itinerarium Ant. m. p XVIII inter Rusuccurium et Iomnium interponat, intervallum autem quo distant Tagzirt et Taksebt vix decem milium sit.

8992 *inscription placée dans une base séparant deux champs des Flisset el-Bahar, à peu près à deux kilomètres au sud de Taksebt* DE NEVEU.

DSO
CNÆONI
IVLIVS ANABVS
VOTVM SOLVIT

De Neveu *rev. Afr.* 7 (1863) p. 314.

8993 alta m. 0,65, lata m. 0,20, litteris c. 5. *Au sommet de Tacksebt dans les restes d'un édifice où se trouvent quelques chapiteaux grossiers et plusieurs pierres à moulures diverses assez soignées* VIGNERAL.

FABATIAE LVCI
FILIAE · POLLAE
FABIAE DOMI
TIAE GELLIOLAE
CONSVLARI · FE
MINAS LAMPA
DIFERAE
M FABATIVS DO
MITIVS PAN
CRATIVS LI
BERTVS ST
PROCVRA
TOR PATRO
NAE PIISSIMS

Vigneral *Kabylie du Djurdjura* tab. 2 n. V.

'Υπατική cum in Graecis titulis quibusdam (C. I. G. n. 3104. 3908. 4380*b* [5]. 4774) inventum sit, in Latinis *consularis femina* vix praeterea nominatur. *Lampadifera* est δᾳδοῦχος, ea ipsa opinor quae in titulo urbano vol. VI n. 1780 dicitur *sacrata apud Eleusinam deo Iaccho, Cereri et Corae.*

8994 litteris a. 12 male incisis. *Au milieu des décombres disposés en clôture par les Kabyles dans la nécropole au pied Est du Taksebt* VIGN.

INS FLORVS

Vigneral *Kabylie du Djurdjura* tab. 2 n. VI.

III. RVSVCCVRV (*Tagzirt*).

Rusuccurium (*Rusucurium* Plinius loco infra citando) Latine, Rusuccuru apud indigenas (*Rusuccuro* tabula Peutingeri et sic vel *Rusuccuro*, ut bis habet cod. Escorialensis, itinerarium Ant. p. 16. 36. 39, Ῥουσουκκόρου Ptolemaeus 4, 2, 8), cuius ethnicum est *Rusuccuritanus* (sic in titulo n. 8995 et plerumque in actis conciliorum; cf. tamen infra), a chorographis et in itinerariis recensetur inter Saldas et Icosium sic:

Peutingeranum:	*Antoninianum p. 16:*
Saldas colonia	Saldis colonia
XXV	XXXV
Rusazu municipium	Rusazis municipium
XXIII	
Rusippisir municipio	XXXVIII
XLII	
Iomnio municipio	Iomnium municipium
XXVIII	XVIII
Rusuccuro colon.	Rusuccuro colonia
XII	XII
Cissi municipio	Cisi municipium
XXII	XXIII
Rusibricari Matidie	Rusubbicari
reliqua desunt	..
	Rusguniae
	..
	Icosium

Fuisse ibi ubi hodie est Dellys oppidum inde a Shawio *travels* p. 88 vulgo putabatur; sed id falsum esse docuit titulus qui sequitur n. 8995 dedicatus *genio municipii Rusuccuritani* repertus loco dicto Tagzirt distante a Dellys orientem versus chiliometris plus minus XX. Tale enim monumentum a municipe Rusuccuritano, summis honoribus quibus in patria functus erat titulo inscriptis, extra patriam collocatum esse et quidem *deposita ad solum domo sua veteri* (quae sunt verba tituli) nec Berbruggerus conicere debuit ne in epistula quidem ex itinere data (*rev. Afr.* 1 p. 499) et multo minus Renierus ei adstipulari. Itinerariorum mensuras hoc admisso a veris locorum intervallis aliquantum recedere verum est; sed auctoritas eorum vel inde infringitur, quod in huius orae enarratione raro consentiunt. Ceterum ex eodem titulo intellectum est initio saeculi p. Chr. tertii (inter annos enim 209 et 211 scriptus videtur esse) municipium fuisse Rusuccurium ordinem habens, magistratus ibi creatos esse IIviros et IIviros quinquennales, IIviris deficientibus praefectos pro IIviris factos esse, sacerdotes ibi fuisse flamines perpetuos et augures item dictos perpetuos. Municipium appellari hoc titulo diximus, et *municipium* est item anonymo Ravennati 5, 4, at itinerariis Peutingerano et Antoniniano p. 16. 39 *colonia*. Ius civitatis impetravisse Rusuccuritanos iam a Claudio Caesare Plinius ait n. h. 5, 2, 20: *Rusucurium civitate honoratum a Claudio.* Conspicuum fuisse oppidum inde apparet, quod praeter viam maritimam, de qua supra exposuimus, duae mediterraneae inde proficiscebantur, altera Tigisim indeque Saldas (Peut.: *Rusucurro colon.—XII—Tigisi—XXXII—Syda municipium—XL—Ruzai municipium—XXV—Saldas colonia;* Ant. p. 39: *Rusuccuro—XII—Tigisi—XXVII—Bidil municipium—XL—Tubusuptus—XVIII—Saldis colonia*), altera petens Oppidum novum coloniam et interiora provinciae Caesariensis (Ant. p. 36—39). — Episcopi memorantur in actis collationis Carthaginiensis a. 411 c. 135. 178 (Mansi 4, 120. 133 *Rusuccurritanus*), in concilio Carthaginiensi a. 419 (Mansi 4, 433. 437. 510 nomine varie corrupto) ut legatus provinciae Mauretaniae Caesariensis (*Sitifensis* Mansi 4, 433), in notitia episcoporum a. 484 inter Mauretanos Caesarienses n. 54.

8995 lapis altus m. 0,46, latus m. 1,75, litteris c. 5. Tagzirt, *devant un petit temple* BERBR., *à l'entrée du temple* VIGNERAL.

GENIO · MVNICIPII · RVSVCCVRITANI
C · IVLIVS · RVSTICI · FIL · QVIR · FELIX · RVSVCCVRITANVS
DECVRIO · AB · ORDINE · ALLECTVS · PRAEF · PRO IIVIRIS
ATQVE · AB · ORDINE · ELECTVS · II·VIRV · ITEM · II VIRV · QQ
FLAMEN · AVGG*g* · AVGVR · PERPETVVS · DEPOSITA · AD SO
LVM·DOMO·SVA·VETERI TEMPLVM ET STATVAM SVA PECV
NIA FECIT ET DEDICA*vit*

Contulit Wilmanns et emendavit. Ediderunt versum 1 Barbier, qui repperit, in eph. *Colonisation* 3 Oct. 1856 q. n. v. (ex hac *rev. Afr.* 1 p. 146); plenam Berbrugger *rev. Afr.* 1 p. 498 (ex *Akhbar*; inde Renier n. 4070; v. 6 correxit de Neveu *rev. Afr.* 6 p. 75) et Vigneral *Kabylie du Djurdjura* tab. 1 n. I.

Genio municipi Rusuccuritani C. Iulius Rustici fil. Quir. Felix Rusuccuritanus, decurio ab ordine allectus, praef(ectus) pro IIviris atque ab ordine electus, IIviru(m), item IIviru(m) q(uin)q(uennalium), flamen Aug(ustorum), augur perpetuus, deposita ad solum domo sua veteri templum et statuam sua pecunia fecit et dedica[*vit*]. Tres Augusti qui significantur tertio eraso indicant tempora Severi.

8996 ara alta m. 1, lata m. 0,40, litteris c. 4½. Tagzirt.

D · M · S ·
AELIAS · MAGNAS
FECIT · VICTOR
AVGVSTI · LIB ·
LIB · ET · CONIVGI
BENE·MERENTI·DE·SE
QVAE·VIXIT·ANNIS
XXX · MENSES · III ·
DIES · XII ·

Contulit Wilmanns. Vigneral *Kabylie du Djurdjura* tab. 1 n. III.

8997 cippus altus m. 0,52, latus m. 0,48, litteris c. 4. Tagzirt.

D M S
CORNELIAS
DIDOSE · AEMI
LIVS · PROCVLVS
MATRI · POSVIT
VIXIT·A·LVIII·PR
//E·C·LXXX·VIII· a. 227

Contulit Wilmanns. Vigneral *Kabylie du Djurdjura* tab. 1 n. II.

8998 cippus altus m 0,54, latus m. 0,54, litteris c. 3. Tagzirt.

D M S
P·IVLIVS·AGRINVS
vix. ANN · LXX
LVCILLA · FIL ·
pATRI · BENE · MER
ENTI · S · P · FECIT
PROV · CLXVIII a. 207

Descripsit Wilmanns.

8999 Tagzirt.

D · M · S ·
A FLAVIANVS
MAXIMI PIS
VIXIT ANNIS
LVI P CLXXXVI F AE a. 225
MILIVS *mod* S P F

De Neveu repperit m. Maio 1861 *rev. Afr.* 7 p. 314.

2 fuit fortasse A·FLAVI·A·F. — 5. 6 requiritur P·AEMILIVS MOD(*estus*).

9000 cippus altus m. 0,61, latus m. 0,55, litteris c. 4½. Tagzirt.

D · M · S
NOSSIDIO
ROGATO MA
RITO AMAN
TISSIMO

Contulit Wilmanns. Thomas *rev. Afr.* 2 p. 445; Vigneral *Kabylie du Djurdjura* tab. 1 n. IV.

9001 cippus altus m. 0,48, latus m. 0,48, litteris c. 3½. Tagzirt.

D M S
ATI/RVS//
VS:TAN//
C · AETERNA
LI · AMICO · M
ERENTI · FECI
T·S·S·VIXIT·A
NN · XLVII

Descripsit Wilmanns.

1—3 lectionis dubiae. — 7 *s*(*upra*) *s*(*cripto*) potius significatur quam nomen feminae quae posuerit; id enim videtur post defuncti in principio tituli enuntiatum fuisse.

IV. *Dellys.*

Dellys oppidum in cuius veteris civitatis locum successerit, ignoratur; Rusuccurium non ibi fuisse titulus n. 8995 docuit.

9002 basis alta m. 1,60, lata m. 0,70. Dellys.

T·FL·SERENO·*a co*
GNITIONIB*us aug.*
VTRVBIQVE · *Praesi*
DI·OPTIMO · PA*trono*
INCOMPARABI*li*
IVLI·SABINVS·*a mi*
LITIIS
PONTIANVS · *a de*
CVRIONE · *Adiutor*
ET · STRATOR
EIVS

De Neveu descripsit et misit Reniero qui edidit *bull. dell' inst.* 1860 p. 22, *mém. de l'inst.* 23, 1 (1868) p. 59.

Praeses Mauretaniae inde promotus ad officium a cognitionibus alter invenitur P. Aelius Peregrinus in titulo Caesarensi infra edito (cf. Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* p. 209). — *Utrubique praeses*, de quo miras aliorum hallucinationes silentio praetermittere maluimus, videtur esse praeses duarum Mauretaniarum extra ordinem coniunctarum. — 9 fuerunt qui supplerent *amici et stratores*, sed strator praesidis amicus nemini probabitur nisi rerum Romanorum plane ignaro; nos sic formavimus, ut adiutor ad Sabinum pertineat ordinis equestris virum, strator ad Pontianum gregalem.

9003 cippus nunc insertus parieti aedium privatarum altus m. 0,48, latus m. 0,36, litteris c. 4½. Dellys.

luna crescens
C · ANICIVS ·
FIRMVS ·
HIC·SITVS·EST·
VIXIT·AN·LI·

Contulit Wilmanns. (Guyon?) *Moniteur algérien* 30 Mai 1849 citatus a Reniero; idem *voyage aux Ziban* p. 13; Creully apud Renierum n. 4068.

9004 cippus nunc insertus parieti aedium privatarum altus m. 0,68, latus m. 0,37, litteris c. 4. Dellys.

luna crescens
BVLLATIAE · SECV
NDAE · P · V · ANN
IS·XXXV·H·S·T·VS·VEN *sic*
CON · PISSIMAE

Contulit Wilmanns. Creully apud Renierum n. 4069.

V. Kabilia maior.

Continet hoc caput inscriptiones repertas in regione a Francogallis, quibus nuper demum parere coepit, a populo qui ibi habitat vulgo appellata *la grande Kabilie*. Sunt numero paucae, castellorum magis et burgorum quam civitatium; nominatur n. 9005. 9006 *castellum Tulei*, cuius ibidem proponuntur *principes* quidam et eo vocabulo et nominum ratione significantes etiam Romana aetate has partes indigenarum mansisse. — Ibi ubi est Djema Saharidj, fuisse voluerunt *Syda municipium* tabulae Peutingeranae sive *Bidil municipium* itinerarii Antonini (supra p. 766) — nam idem videtur esse — collocatam in via mediterranea inter Saldas et Rusuccurium. — Subiecimus nn 9012. 9013 a milite aliquo in expeditione in hanc regionem facta descriptas loco non adnotato.

9005 rep. *sur l'emplacement même des ruines du fort de Tuleus*, i. e. *à deux kilomètres et demi du fondouk de l'Azib ben Zamoum, dans la direction ouest quart-nord, en face de la gorge de l'Oued Chander et sur la rive droite de ce ruisseau. L'endroit s'appelle aujourd'hui Diar Mami* BERBR. Mox in museo Algeriensi.

puer equo insidens — *equus cum ha..m et patera?* — *puer equo insidens* — *puer equo insidens*

D·MANIBVS TACLA MILCIN MIOINEDIN ////
RINCIPIS EX CASTELO TVLEI VIXIT ANIS LXXI AN CCXX ////
ET V

quattuor homines manibus iunctis — *homo in lecto infans infans* — *femina in solio sedens*

Contulit Wilmanns et ectypum fecit. Berbrugger *époques militaires de la grande Kabilie* (1857) p. 275 (inde Renier n. 4291) et in catalogo musei Algeriensis p. 105 n. 186.

1 lectionis est non satis certae.

9006 rep. non longe ab ea quae praecedit à *Tala Isli (la fontaine du fiancé, en kabile). Les gens du pays l'avaient apportée des ruines voisines* BERB. Mox in museo Algeriensi.

homo equo insidens — *homo equo insidens*

DIS·MANIBV TABVL *AVMAT*
SINEI·AMDIBVMA F·NABABO EX
CASTELLO·TVLEI·PRINCEP *VIXIT ANNIS LXVIII*

homines quattuor adstantes — *hominem in lecto iacentem* — *adsidet mulier poculum ei offerens* — *infans*

Contulit Wilmanns et ectypum fecit. Berbrugger *époques militaires de la grande Kabilie* p. 274 (inde Renier n 4292) et in catalogo musei Algeriensis p. 105 n. 47.

Quae inclinatis dedimus nec Wilmanns vidit neque in ectypo adparent.

9007 fragmentum tabulae altum m. 0,57, latum m. 0,90. In museo Algeriensi, cui cum inlatum sit una cum inscriptione Libyca reperta Abizar (*bourgade des Beni-Djennad, cercle de Tizi-Ouzou*; cf. Vigneral *Kabylie du Djurdjura* p. 46), hoc quoque indidem originem trahere sibi persuasit BERBRUGGER. *Dans un cadre en saillie se détache en demi-bosse une moitié de personnage à peu près fruste, tenant une lance droite dans la main gauche* BERBRUGGER.

TABLA·DEO·MAST

Descripsit Wilmanns et ectypum fecit. Berbrugger *rev. Afr.* 6 p. 65.

9008 Djema Saharidj.

D M S
M AVR·VIN
DEX B M V
EX PREF·VIX
ANN XXXXIIII

Letourneux *rev. Afr.* 10 p. 303.

9009 Djema Saharidj.

AVRELIA NO
NORATA
B M F VA XXX
ET III M SEX

Letourneux *rev. Afr.* 10 p. 303.

9010 alta m. 0,35, lata m. 0,37, litteris c. 2½. Rep. in ruinis sitis *un peu à l'Est de Bou-Atelli (territoire des Aït Iraten, vulgairement appelés Beni Raten*; cf. Vigneral *Kabylie du Djurdjura* p. 88) *dans un jardin appelé Ourthi n Taroammant* BERBR. Videtur inde pervenisse in museum Algeriense.

M·AV ///////
M M ////EN
EX PREF V·CEN
TENARIVM A FV
NDAMENTA·SV ae
IS SVMTIBVS FE
CIT ET DEDICAVIT
P·CCLXXXVIIII a. 379

Contulit Wilmanns et ectypum fecit. Hanoteau et apographum et ectypum misit Berbruggero *rev. Afr.* 5 p. 176. 184.

Lectio a v. 3 inde certa est. — Cf. *centenarium Solis* n. 8712.

9011 in ruinis sitis prope locum dictum *col des Beni-Aïcha* DELPECH addens nuper ibi factum esse vicum Ménerville; similiter BERBRUGGER, qui ipsas ruinas appellat *Benian m'ta Souma*; similiter VIGNERAL qui de eis exposuit p. 98 — *Près de Miliana* RENIER errore — *Sous la clef de voûte d'un tetrapylon byzantin* DEL., *au-dessus de l'entrée principale de la forteresse byzantine* BERBR. *La porte de la forteresse, en place il y a peu de temps encore, a été renversée, et la pierre de l'inscription gît à terre en avant* VIGNERAL p. 98. — Litterae altae sunt c. 4—5 DELPECH.

SPES //IV·////EI
PES TE NV////EZ
ISTA VIDEMVS
FISME POSSIDEAS
CVM TVIS BB

Delamare apud Renierum n. 3890; Berbrugger *époques militaires de la grande Kabilie* p. 14; Vigneral *Kabylie du Djurdjura* tab. 5; Delpech *rev. Afr.* 20 (1876) p. 368.

1 sic, SPES certam esse adfirmans, Vign., SLES .... CIX Berbr. de ultima X dubitans, OLL OHV ... CIX Del., in lacuna om. Delpech. — 2 PERIEMV Delpech. — EZ Vign., ET Berbr., EL Del., in lacuna om. Delpech. — 5 BE Del. Berbr., BR Vign., B ... Delpech. *Bonis bene* Renier probabiliter.

9012. 9013 *les deux inscriptions suivantes m'ont été communiquées par un soldat du 83e de ligne au retour de l'expédition de Kabylie. Il les avait relevées sur deux cippes mutilés gisant au milieu d'un monceau de ruines qui sembleraient, après les renseignements qu'il m'a transmis, appartenir à une villa antique* MARCHAND.

9012

·DD·NN FFFL
//LENT//////ALE/TI
/T GR·/IANO PIIS/E
///BVS///////

Marchand *rec. de Const.* 1865 p. 155.

D(ominis) n(ostris) Fl(aviis) [Va]lent[iniano, V]ale[n]ti [e]t Gr[at]iano piis [f]e[lici]bus . .

9013

MEMORIAE AETER
NE PETRANILae CON
iugi MEE QVe V·A
XXVII H B S

Marchand *rec. de Const.* 1865 p. 155.

VI. AVZIA (olim indigenis *Sur Roslan*, nunc Gallis *Aumale*).

Auziam, ubi *Auzius deus* etiam tertio p. Chr. saeculo colebatur ut *genius et conservator coloniae* (n. 9014; cf. *Aelia Audi* n. 9045), Phoenices condiderunt, si quidem recte ad huius nominis oppidum mediterraneum rettulerunt [1]) ea quae de Auza Libyae oppido ab Ithobalo rege Tyriorum condita ex Menandro Ephesio incertae aetatis et auctoritatis scriptore attulit Iosephus ant. Iud. 8, 13, 2. Deinde Tacitus (ann. 4, 25) refert a. p. Chr. 24 a Cornelio Dolabella proconsule post solutam Tubusuctu oppidi obsidionem (cf. supra p. 753), adsumpto in auxilium rege Ptolemaeo, Tacfarinatem devictum esse apud Auziam castellum (*castellum semirutum ab ipsis — Numidis — quondam incensum, cui nomen Auzea* verba sunt Taciti). In eius castelli locum saeculo p. Chr. altero successit splendidum civium Romanorum municipium (n. 9046 *res publica mu[nicipi] Auzien[sium]*; cf. n. 9049: *municipem . . Auzienses* a. 209/211), sub Severo et Caracalla imperatoribus (a. 198—211) coloniae iure (n. 9014. 9020. 9023. 9044. 9047. 9048. 9068. 9069) auctum, unde *col(onia) Septimia Aur(elia) Auziensium* appellatur n. 9062. Magistratus coloniae — nam coloniae, non municipii ii certe sunt quorum tempus definiri potest — fuerunt dispunctores (n. 9020. 9041. 9068. 9069), IIviri (n. 9073; cf. *patriae fasces* carminis n. 9019), aediles (n. 9024. 9062. 9063. 9073 ?), quaestores n. 9024 et 9069: *q(uaesturam) P(ecuniae) pub(licae) a(gens)*; sacerdotes flamines perpetui (n. 9030) et flaminicae perpetuae (n. 9074), item *sacerdotes* alii (n. 9022. 9026. 9027. 9072. 9075. 9076). Enumerat Auziam inter oppida mediterranea Mauretaniae Caesariensis auctor saeculi p. Chr. alterius Ptolemaeus 4, 2, 31; item memoratur in itinerario Antonini p. 30 (*Auza*). Aevo labente Auziae constitisse praepositum limitis Audiensis ex notitia imperii Occ. c. 30 apparet (cf. n. 9025); in castello Audiensi moratum esse Theodosium antequam Firmum opprimeret narrat Ammianus Marcellinus 29, 5, 44. 49 (hoc loco *audiense* cod. Vat.) Diversum fuisse castellum hoc Audiense ab Auzia Ptolemaei, scilicet hac relicta illud factum esse 20 chiliometris a vetere Auzia septentrionem versus loco hodie dicto Ain Bessem, ibi ubi prodierunt tituli n. 9181—9194, statuit Berbrugger *époques militaires de la grande Kabylie* p. 263 seq. sine idonea causa [1]). Sane ab antiquo splendore Auziam saeculo quarto descivisse inde recte colligitur, quod neque christianae inscriptiones ullae ibi repertae sunt neque episcopi inde memorantur in actis ecclesiasticis; certe nullum in his reperitur nomen, quod huc probabiliter referatur.

[1]) Primus Auzam Menandri cum aetatis Romanae Auzia composuit Bochart Chan. lib. I c. 24 (opp. ed. Lugd. 1692 p. 482), sed eandem esse sibi ipsi non persuasit; persuaserunt sibi Shaw *travels* p. 81 et Movers *die Phoenicier* 2 p. 519. 520.

[1]) Maxime movit Berbruggerum, quod loco dicto Ain Bessem cernuntur vestigia castelli aetatis Romanae [vel Byzantiorum] hexagoni, quod indicari putabat forma hexagona in Notitia imperii appicta ad limitum praepositum Audiensem. At similes formae similibus praefectis omnibus appinguntur.

9014 *Burgh Hamza. The Burgh is made out of the ruins of the ancient Auzia, called by the Arabs Sour Guslan* SHAW.

AVZIO DEO GENIO ET CONSERVATORI COL
EXTRICATVS / / / / / / / / / / / / /
MAESIA / / / / / / / / / / / / / / /
INSTITVTAE / / / / / / / / / / IVCVNDAE
CONIVGI / / / / / NONORATAE / / / / PRI
MOSAE HONORE / / / / VS SVIS DE CLAVDIO IVVE
NALE PATRE ET DECENNIO VICTORINO FRATRE INSTAN
TE L·CAECILIO VICTORINO AMICO KAL IANVAR·S PROV
CLXXXV n. 194

Servavit Shaw *travels* p. 82, ed. Gall. 1 p. 103 (inde Donati 42, 5; Renier n. 3574).

5. 6 iidem homines saepius redeunt in titulis Auziensibus cf. n. 9065.

9015 duo fragmenta eiusdem epistylii alta m. 0,85, lata *a* m. 1,82, *b* m. 1,24, litteris c. 10. Aumale.

a

CAELESTIBVS · AVGVSTIS · S
NVMINE · HONORATVM · VO
DOMVS SVAS·T·AELIVS·LON
NORIBVS·FVNCTVS SVA PECVNIA
ARIBVS·DEDICAVIT·CVM·AELIA·LO
PR CLXXI

b

TEMPLVM·DONIS·E
CONSERVATIONEM
ONVS·OMNIBVS·HO
RNATVM·LIBENS·AL
NINA·CNIVGE·FEL n. 200

Contulit Wilmanns. Ipsum lapidem descripserunt Leclerc *rev. Afr.* 1 p. 220, Hervin Maillefer Berbrugger ibid. 9 p. 358; ectypum photographicum Renier n. 3570.

5 fin. FEL] FL P Renier, male.

Caelestibus Augustis s[anctissimis?] templum donis et numine honoratum, vo[to suscepto ob] conservationem domus suae, T. Aelius Lon[ginus? col(oniae) patr]onus, omnibus honoribus functus sua pecunia [factum et exo]rnatum libens altaribus dedicavit cum Aelia Lo[ngi fil.? Satur]nina coniuge fel(iciter) (anno) pr(ovinciae) CLXXI.

9016 lapis altus m. 0,60, latus m. 1,18, litteris c. 4. Rep. a. 1853 Aumale. Nunc ibidem, *place d'armes.*

DIIS · SANCTIS · LIBERO · E · LIBERAE · CONSERVATORIBVS · DOMO
*ruin et rer*VM · SVARVM · RENOVATIS · NVMINIBVS · EORVM
*adiecto tri*BVNAL · CVM · OMNIBVS · ORNAMENTIS · SVIS
*lapide qu*ADRATO · SVMTIBVS · SVIS · POSTVMIVS · MARVS
CVM · LEVANA · FELCIA · MARTA · E · POSTVMIAS VICTORIA
et *Au*AS · E · L · TANNONIVS · DONATVS · CVM · FLAVIA · QVARTA MARTA · E
*Ia*NVARIO · E · SATVRNINA · E · ZABA · E · MONNA · E · DONAT · E · POM
ponius . . S · CVM · SATVRNINA · MARIA · E · POMPONIS · PERPETVO FILO · E · FE
*lici filia et fortu*NATA · VXORE · EIVS · FECERVNT · E · DICAVERVNT · L · A ·
*a*III · KAL · IVNIAS · P · CLXXXVI n. 135

Contulit Wilmanns. Maillefer Hervin Charoy *rev. Afr.* 9 (1865) p. 311.

5 requiritur *Postumiabus.*

9017 alta m. 0,27, lata m. 0,40, litteris c. 3. Aumale.

duo pedum paria. (Deux des pieds figurés à la face supérieure de notre monument sont dans un sens et les deux autres ont une direction différente . . . Les deux pieds figurés à gauche ont pour chaussure un simple semelle retenue par deux courroies qui se réunissent entre le gros orteil et l'orteil suivant. Les deux autres pieds placés à droite, ont une chaussure plus ornée usuo.)

NVMINI SANTO VICTO
RIAS VICI MARVS INVARIVS
OVM ODIA · CONVGE SV
V · S · L · A

Berbrugger Hervin Maillefer Charoy *rev. Afr.* 9 p. 314.

Numini san[c]to Victoriae vi[c]trici cet.

9018 Sûr Ghozlân CAUSSADE. Fragmentum *b* altum m. 0,64, latum m. 0,88, litteris c. 4½, exiat hodie ibidem in museo.

a *b*

/ / / THEA CORNIGERI SACRIS ADIVNCTA TONANTIS
/ VAE LIBVCIS MAVRISQVE SIMVL VENERABILIS OBIS
/ / / ETIAM COLITVR TE / / IS QVAM IVPPITER HAMMON
/ / / / / VTRVMQVE LAT / / M / DIAM CVM DITE SEVERO
/ / / / ER SEDE TEGIT HANC P/LVINARIBVS ALTIS
/ / / / / / QVE DICAT SOLIO DIVOSQVE FREQVENTIS
/ / / / / IANVS A MILITIIS DE SVPLICE VOTO DED
/ / / / / / PACIE RENOVM DOMINAM QVE BIFORMEM
PR CCVII a. 244

Contulit Wilmanns fragm. *b*. Paene integram descripserant De Caussade *notice* n. 12, idem et Vieille apud Renierum n. 3573; fragm. *b* descripsit etiam Berbrugger *rev. Afr.* 9 p. 308 et eius ectypum photographicum habuit Renier l. c.

1 in. fragmentum T litterae a Reniero exhibitum om. Causs. *not.* — '*Corniger* appellatur Hammon inde ab Ovidio art. am. 3, 789; metam. 5, 17. 15, 309; cf. Silius 3, 10. 14, 572; Valer. Flaccus 2, 482 et imprimis Lucanus 3, 292. 9, 512' Studemund. — 2 in. V om., 4 LAT / / / O IAM, 5 HANC / / / LVINARIBVS, 8 FAC/E Causs. *not.* — Supplementa sunt Renierii praeter v. 1, quem explevit Froehner *mél. d'épigr.* p. 39; v. 8 [*marmorea*] *facie renova*[*t*] Renier, [*consociat*] *facie renovam* Froehner.

Pan]*thea corniger*i *sacris adiuncta Tonantis,*
q]*uae Libycis Maurisque simul venerabilis oris*
his] *etiam colitur te*[*rr*]*is, quam Iuppiter Hammon*
inter] *utrumque lat*[*us*] *m*[*e*]*diam cum Dite severo*
dext]*er sede tegit hanc p*[*u*]*lvinaribus altis*
sublimi]*que dicat solio, divosque frequentis*
. . . . .]*ianus, a militiis, de suplice voto,*
. . . .] *facie renovam dominamque biformem.*
Ded(*icatum*) *pr*(*ovinciae*) *CCVII.*

9019 lapis altus m. 0,64, latus m. 0,94, litteris c. 6. R'orfa Uled Selama, *à environ 9 kilomètres* (11 chil. BERBR.) *sud-est d'Aumale* HERVIN. — Auziensibus interponere et hanc et reliquas eodem loco repertas eo minus dubitavimus, quod eo loco ubi repertae sunt vix antiquitus collocatas fuisse cognoscitur ex eis quae leguntur *rev. Afr.* 2 p. 106.

SVMPTIBVS E PROPRIIS FELIX
CALVVSQVE GRATANTES
HANC ARAM STATVERE · DEO
ANTISSIMO PHOEBO TEMPO
RE QVO PATRIAE FASCES
/ / / / / / / SACRATOS
/ / / / CITER

Contulit Wilmanns. Berbrugger et Hervin *rev. Afr.* 2 p. 109, imperfecte uterque.

Sumptibus e propriis Felix Calvusque gratantes
hanc aram statuere deo [*s*]*antissimo Phoebo*
tempore quo patriae fasces [*habuere*] *sacratos.*
[*Feli*]*citer.*

9020 ara RENIER, alta m. 0,75, lata m. 0,64, crassa c. 33, litteris c. 5 (v. 12 c. 3) BERBR. Aumale *dans l'intérieur de la Casbe* BERBR. de ea parte quam solam vidit, hanc quoque postea periisse adnotans.

PLVTONI CYRIAE ET CERE
RI MATRI DIIS SANCTIS
QЬ CLOD · CLODIANVS COLO
NIE PATRONVS DISPVNCTOR
OMNIBVS HONORIBVS PERF
VNCTVS VOTVM PROMIS
SVM CVM IVLIA DONATA
CONIVGE ET CLODIIS APRI
LE FILIO CETERASQVE FI
LIAS ARAM CONSTITVIT
DEDICAVITQVE · A CCbaI a. 320
XI KAL M

Vieille apud Renierum n. 3581; minus integram Berbrugger, qui vidit a. 1846, *rev. Afr.* 9 p. 309.

Linea circumscripsimus partem inferiorem visam a Berbruggero. 4 DISPVNTOR Ren., DISPVNC . . Berbr. — 5. 6 PERF|VNCTVS Ren., PER|FVNCTVS Berbr. — 11 CCLXXX Ren. — 12 MAS Renier.

Conferri poterunt tituli dedicati *Diti patri et Aerecurae* (cf. supra n. 5524; vol. III n. 4395; vol. V n. 725. 8970*a*). Secundum n. 9021 expectes PLVTONI·ET·CYRIAE·CERERI.

9021 inter Auzienses RENIER.

PLVTONI · ET · CYRIAE · CERER · DIT *Sanctis*
M · CORNELIVS · CRISPINVS · OMNIB*us ho*
NORIBVS · PERFVNCTVS · ARA*m quam*
PROMPTISSIMA · VOLVNTAT*e*
PROMISERAT · SVIS · SVMP*tibus*
FECT · DEDICAVITQVE · CVM · COMIN
CONIVGE AC LIBERIS SVIS KAL·MART*ia a. p. . . .*

Renier n. 3576 descripsit ad imaginem photographicam.

9022 alta m. 1,80, lata m. 0,58, litteris c. 2½. Rep. in fundo Michel *à 500 mètres sud-est d'Aumale, sur la rive gauche de l'oued Sour.* Nunc in museo.

protome radiata — *protome intra lunam crescentem*

caput Saturni velatum

leo leporem devorans

SATVRNO AVG SACRVM

femina in capite canistrum portans in quo videtur nux pinea; dextra vas aliud frugibus repletum — *homo coronatus sinistra vas portans frugibus repletum*

ara

L · CLODIVS · CAMPANVS · ET · L · CLO
DIVS·MARTIALIS·ET·L·CLODIVS·CAM
PANVS · SACERDOTES

puer cum uno vitulum fune trahens

Contulit Wilmanns. Mercier *rev. Afr.* 3 p. 128 cum tabula.

9023 alta m. 0,69, lata m. 1,09, litteris c. 8. Rep. m. Februar. 1867 *à environ 300 m. à l'est de l'ancienne Auzia* CHAROY.

SATVRNO · *(*
TEMPLVM · OPERE · SIGNIS
MARCELLVS · A MIL · CLONAE *patronus et*
SOSSIAE · CNIVGIS · LIBERO*rumq. suorum fa*
MILAEQVE · SVAE · VOTO DESTI*. . . . fecit*

Contulit Wilmanns. Charoy *rev. Afr.* 11 p. 122.

9024 basis fracta alta m. 0,64, lata m. 0,52, litteris c. 5. Aumale in museo.

VICTORIAE AVG
L · SEPTIMI SEVERI
PII PERTINACIS ARA
BICI ADIABENICI P P
ET M AVREL ANTONIN
C·IVL·C·F·Q· EMERITVS
Q · AЕbLCIVS STATVAM
QVM OB HONOREM
AEDILTATIS QVOD PROM
TISSIM POPVL VOLVNTATE
HONOR ISTE IN SE CNLA
IVS ET SVPER LEGI*TIMA*
HS V N SV*mmam*
cum BASI
posuit

Contulit Wilmanns. Maillefer *rev. Afr.* 9 p. 314; Berbrugger ibid. 10 p. 134.

1—3. 12—14 quae dedimus inclinatis, solus servavit Maillefer. — 13. 14 . . . ISVN . . . SVA . . . | . . . . . BAS . . . | . . . . . traditur.

9025 ara hodie supra fracta alta m. 0,82, lata m. 0,28, litteris c. 4. Rorfa Uled Selama (cf. n. 9019) HERVIN. — Inter Auzienses RENIER.

VICTORI
AE·AVG·SN
CE·DEAE·L
VLIVS · //
F CAPTO
A I A B I S
P R E P O S I
TVS LIMI
TIS CVM
S V I S O
M N I B V S
P · D ·
P · CCBII a. 201

Contulit Wilmanns. Leclerc apud Renierum n. 3567; Berbrugger et Hervin *rev. Afr.* 2 p. 108.

1 serverunt priores. — 5 'omnino dubiae lectionis' W. — 8 'praeter litteram secundam reliquae certae visae sunt' Wilm.

9026 alta m. 0,47, lata m. 0,83, litteris c. 4. Aumale in museo.

VIRTVTI · DEAE · SANCTAE
AVG · P · CAELIVS · VICTOR ·
SACERDS · CVM · AVRELIA · GER
MANILLA · CONIVGE · TRIBVNAL
OPERAE·QVADRATARIO· IN SVO
SOLO FECERVNT·E·D·D·PRov·CCII· a. 241

Contulit Wilmanns et ectypum fecit. Maillefer Charoy Hervin Berbrugger *rev. Afr.* 9 p. 312.

9027 alta m. 0,82, crassa m. 0,28, litteris c. 7. Aumale *dans le jardin du pavillon des officiers* CHAROY.

*virtuti deae sanct*AE · AVGVSTAE
in solo CVRIS SVI
. . . . . . *sa*CERDOS·ET AELIA
. . . . . . *no*MINI EIVS VO
*tum opere q*VADRATARIO
*fecer*VNT DEDICAVE
runtque a. p. . . XI

Charoy *rev. Afr.* 3 (1860) p. 313; Berbrugger ibid. 9 p. 356.

9028 alta m. 0,20, lata m. 0,35, litteris c. 3 ad 4. Incisa in rupe prope Aumale, *à une centaine de mètres au bas et au nord-ouest de la porte d'Alger, entre la route d'Alger et l'oued Ellaba* CHAROY.

VALESIA *mulier*
sic VICTORINA VOTV *galeata*
BONA *hastam*
tenens
SOLVIT·M·VIRTVTI *alta m. 0,60*

Contulit Wilmanns. Charoy *rev. Afr.* 3 p. 231.

Fortasse *Valeria Victorina* votu(m) *solvit bona m(ente) Virtuti.*

9029 basis superficie deleta, alta m. 1,14, lata m. 0,70, litteris c. 8. Aumale in museo.

imp. caes
divi m. antonini pii f. di
VI *commodi fratri divi an*
TONINI PI NEPOTI DIVI HA*driani*
PRONEPOT DIVI TRAIAN PARTH
CI MAXIMI ABNEPOT DIVI NERVAE
ADNEPOTI
L · SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINACI
FELICI · AVG · ARABICO · ADIABENICO ·
PARTHICO · MAXIMO · PONTIFCI · MA
XIMO · P · P · TRIB · POT · VI · IMP · XI a. 198
COS · II · PRO · COS · AVZIENSES

Contulit Wilmanns. De Caussade *notice* n. 2; Renier n. 3557 ad imaginem photographicam.

9030 fragmentum epistylii altum m. 0,55, latum m. 1,10, litteris c. 9. Aumale in museo.

imp. caes COS, *l. septimio severo*
TRIB · POT · VIIII · IMP · XI · PONT · MAXIM a. 201
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / ET IV*liae aug.*
*devotus eis d*VM · VIVIT · T · AEL · LONGINVS · FL · PP · OM*nibus honoribus functus*
TIO · PEREGRINO PROCVRATOR*e*

Contulit Wilmanns. De Caussade *notice* n. 10 (inde Renier n. 3559); Charoy *rev. Afr.* 10 p. 132.

2 Getae nomen erasum. — 4 TIO Caus. Ren. nec mutavit Wilm., IIO Charoy; [*P. Ael*]*io Peregrino* proposuit Renier.

9031 litteris c. 9. Sûr Ghoslân.

IMP · CAES · DIVI · M · ANTONINI · PI · SAR*matici f.* . . . .
L · SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINA*c. aug.* . . . .
L · ORILLIVS · L · F · Q · GEMINVS · OS · H*onorem* . . . .

De Caussade *notice* n. 8 et apud Renierum n. 3561.

2 L·SEPTIMO Caussade.

9032. 9033 *deux inscriptions monumentales, presque semblables pour le fond et pour la forme, en lettres assez effacées, mais fort belles et hautes de 15 centimètres* DE CAUSSADE. Litteris semipedalibus SHAW de n. 9033. *Encastrée dans la face Sud de la Casbah turque d'Aumale* (a. 1848), *dans le mur mitoyen de la maison des soeurs qui s'étaient établies contre ce fort* (a. 1854) BERBR.

9032
IVLIAE
AVG
MATRI
CASTR
RVM
AVZI
ENses

Anonymus Gerhardi; De Caussade *notice* n. 5 et apud Renierum n. 3558; Berbrugger *rev. Afr.* 10 p. 129; Mercier *rev. Afr.* 11 p. 245, 12 p. 90; Mariande *rev. Afr.* 11 p. 248.

1 om. Mariande. — 4 CATR Anon., CASTR Mercier *rev. Afr.* 12 (CASR id. ibid. 11), CASTRO De Caussade. — 5 om. Mariande. — 7 sic ut dedimus Caussade apud Renierum; E . . . Mariande, om. reliqui.

9033
IVLIAE
AVGVS
TAE MATRI a. 196-98
CAESA
RIS ET
CASTRO
RVM

Primi descripserunt a. 1732 una iter facientes Hebenstreit in relat. tabularii Dresdensis f. 210' (inde Bernoulli *Reisebeschreibungen* 10 p. 442) et Shaw *travels* p. 84, ed. Gall. 1 p. 104 (e Shawii schedis prius quam liber prodiret, Oxonii enotavit Maffei mus. Veron. 458, 5; inde Donati 97, 1); denuo ex lapide De Caussade *notice* n. 3 et apud Renierum n. 3560; Vieille apud eundem l. c.; Berbrugger et Maillefer *rev. Afr.* 10 p. 130.

Vv. non divisit Hebenstr. — 4. 5 CAESARVM Berbr. Maill.

Dedicata est, cum Antoninus Caesar dicebatur Geta etiamtum privato.

9034 alta m. 1, lata m. 1,20 DE CAUSSADE *not.* Aumale.

IMP CAES L SEPTIMI SEVERI PII PERT
NACIS FELICIS AVG ARABICI ADIA
BENICI PARTHICI MAX FILIO DIVI
M ANTONINI PII GERMANICI SARMAT
CI NEPOTI DIVI ANTONINI PII PRON
DIVI HADRIANI ABNEPOTI DIVI TRA
IANI PARTHICI ET DIVI NERVAE ADNEPOT
M AVRELIO ANTONINO PIO AVG
PONTIFICI MAXIMO TRIBVNI
CIAE POTESTATIS VIII COS II P P — a. 205
PROCOS

De Caussade *notice* n. 7; idem et Vieille apud Renierum n. 3562.

1 L ante SEPTIMI om., 5 PRONE De Causs. *not.*

9035 basis alta m. 1,04, lata m. 1,13, litteris c. 5. Aumale in museo.

P SEPTIMIO GETAE PONTIFIci
MAXIMO NOBILISSIMO CAES
PRINCIPI IVVENTVTIS AVG CO — a. 205
IMP · CAESARIS · L · SEPTIMI · SEVERI
PII · PERTINACIS · FELICIS · AVG · ARA
BICI · ADIABENICI · PARTHICI · MX · PONT
MX · TRB · POTE · XII · IMP · XII · COS · III · P · P · PROCOS · ET
IVLIAE · AVG · MATRIS · CAESARVM · ET ·
CASTRORVM · FILIO · ET · IMP · CAESARIS
M · AVRELI · ANTONINI · PII · AVG · PONT · MX
TRB · POTEST · VIII · COS · II · P · P · PROCOS FRATR

Contulit Wilmanns et vv. 1—7 ectypum fecit. Renier n. 3563 ad imaginem photographicam.

1. 2 PONTIFI// | MAXIMO nos in ectypo evidenter agnovimus; cf. n. 9237. — 3 AVG CO| Wilm. et sic omnino ectypum; AVGVS| Ren. interpretatus *Augusto* perperam. Immo significatur *aug(uri) co(n)s(uli)*.

9036 *fragment monumental.* Aumale.

A . . . . . A . . . . TONINI P
. . . .
ET PATRIAE
NVMINE

Maillefer *rev. Afr.* 10 p. 131.

9037 fragmentum epistylii altum m. 0,62, latum m. 1,13, litteris c. 7. Aumale in museo.

| / / / / / / / / / / E
| / / / / / / DIVI
ET CASTRORVM RENATVS
*prov. mauretania caes*ARIENSIS DEVOTA

Contulit Wilmanns. Shaw *travels* p. 84, ed. Gall. 1 p. 105; de Caussade *notice* n. 4 (ab his Renier n. 3564); Cherey *rev. Afr.* 7 (1863) p. 361.

9038 basis. Inter Auzienses RENIER.

IMP · CAES · DIVI · MAG
NI · ANTONINI · AVG
PII · FILIO · DIVI · PII
SEVERI · AVG *nepoti*
M · AVRELIO · SEVERO
alexandro cet.

Vieille et Leclerc apud Renierum n. 3565.

9039 Aumale.

IMP CAES
C IVLIO
VERO
MAXI
MINO

Maillefer *rev. Afr.* 10 p. 134.

9040 Auziae.

imp caes L domitio aureliano
pio felici invicto aug. germanico
gothico PARTHICO *Pontifici maximo*
TRIB · POT · III · COS · PROCOS /// — a. 273
*provincia dev*OTA · MENTE · QVA · NVMINIBVS *eius semper*
*obnoxia*SIT · ET · EXCOLVIT · DEDICANTE /

Shaw *travels* p. 84, ed. Gall. 1 p. 105; de Caussade *notice* n. 9 et apud Renierum n. 3566.

1 sic Renier, fortasse emendanda; CONIVIII CVI Shaw, CO . . . . Causs. *not.* — 2 TRIB · POT om. Shaw. — 4 SITRI Shaw. — DEDICANTI Shaw, DEDICANT Causs. *not.*

9041 basis alta m. 1,10, lata m. 0,60, litteris c. 5. Aumale extra portam in horto abbatis iuxta flumen.

*pra*ESENTE DIVINA MA
*ies*TATE DIOCLETIANI
*et maxi*MIANI AVDG
PONTEM BELLI SAEVITIA
DESTRVCTVM NVNC RED
DITA PACE PER · AVRELIVM
LITVAM V · P · P · M · RESTITVTVM
INSTANTIA FLAVI /// RICIII
DISP *s*OR ET IVLI*o*R //II E
CAR //// ORATI /// IAS
PR · CCL — a. 290

Descripsit Wilmanns et ectypum fecit.

9 inter DISP et OR non deest nisi una littera; fuisse videtur *disp(unctoris)* [s]*or(um)*. — 9 fin. et 10 in ectypo non apparent.

Eiusdem praesidis est Caesariensis n. 9324.

9042 basis BERBR. REN. Rorfa Uled Selama BERBR. Inter Auzienses RENIER.

D N
IMPERATori
CAES · C · FLA
VIO CONS
TANTINO
PIO FELICE
AVG
P CCLXIII — a. 319
E

Contulit Wilmanns ectypum Algerii in bibliotheca adservatum. Berbrugger *époques militaires de la grande Kabilie* p. 264 (inde *rev. Afr.* 9 p. 404) et *rev. Afr.* 3 p. 107, ubi citat alterum apographum acceptum ab Hervin cum suo consentiens; Leclerc apud Renierum n. 3568.

8 sic Wilm., P CCLXIII Ren., P · M · XXIII Berbr., XX esse ligatas addens (*rev. Afr.*), qui habuit pro lapide miliario, licet et ipse basem sive aram, non columnam fuisse testetur.

9043 fragmentum, Aumale, iam periit BERBR.

OP //////////
MTAR VIC //////
E //////////
IMP //////////
FELICIS INVICT AVG //

Berbrugger *rev. Afr.* 10 p. 131 a Maillefero ut videtur.

9044 Aumale, iam periit MAILLEFER.

///////
COS ET
///////
D COLONIAE

Maillefer *rev. Afr.* 10 p. 131.

9045 basis alta m. 1,04, lata m. 0,64, litteris c. 4½. Aumale in museo.

P·AEL·P·F·Q·PRIMIANO
EQ·R·TRIB·COH IIII·SYN
GB·A MIL·PRIMOP·TRIB
COH IIII·VIG·EX·DEC·A.
THRAC·PRP·VEX·EQQ
MAVROR · DEFENSO
RI·PROV·SVAE·DEC·III
COLLL·AVZ·ET·RVSG·
ET·EQVIZ P·AELI
VS·PRIMVS·DEC·COL·
AVZ · PRIVS · MORTE
PRAEVENTVS · QVA
DED · PAT · PISSIMO
AEL · AVDI F FIL·PAT
·D·D XIII·KAL·
MAR·P·CCXVI · d. 17 Febr. a. 255

Contulit Wilmanns et ectypum fecit. Berbrugger et Charoy *rev. Afr.* 4 p. 41; Renier n. 3580 ad ectypum photographicum.

P. Ael(io) P. f. Q(uirina) Primiano, eq(uiti) R(omano), trib(uno) coh(ortis) IIII Syng(am)b(rorum), a mil(itiis), primo p(ilo), trib(uno) coh(ortis) IIII vig(ilum), ex dec(urione) al(ae) Thrac(um), pr(ae)p(osito) vex(illationi) eq(uitum) Mauror(um), defensori prov(inciae) suae, dec(urioni) III col(oniarum) Auz(iensis) et Rusg(uniensis) et Equiz(etensis). P. Aelius Primus, dec(urio) col(oniae) Auz(iensis), prius morte praeventus quam ded(icaret) pat(ri) pissimo; Ael(ia) Audi f(ecit) fil(ia) pat(ri). D(e)d(icavitque) XIII kal. Mar. p(rovinciae) CCXVI.

9046 basis fracta alta m. 0,67, lata m. 0,52, litteris c. 4½. Aumale in museo.

L·ALFENO SENECIONI ·
PROC · AVG ·
OB EGREGIAM TANTI·
VIRI INDVSTRIAM PRO
QVE SINGVLARI EIVS
INNOCENTIA ORDI
TO DECVRIONVM ·
OMNIVM PRIMO
RES PVBLICA MVni
cipi AVZIENsium

Contulit Wilmanns et ectypum fecit. Maillefer Charoy Berbrugger *rev. Afr.* 12 p. 34.

Notum est decretum L. Alfenii (non Alfeni) Senecionis subpraefecti classis Misenensis vol. X n. 3334.

9047 basis alta m. 1,17, lata m. 0,65, litteris c. 4. Aumale in museo.

Q. gARGILIO · Q · F · Q · MARTIALI · EQ · R
prAEF · COH · I · ASTYRVM · PR · BRITTA
nIAE · TRIB · COHSP · PR · MAVR · CAE
a MIL · PRAEP · COH · SING · ET · VEX
eQQ · MAVROR · IN TERRITORIO
aVZIENSI · PRAETENDENTIVM
DEC · DVARVM · COLL · AVZIEN
SIS · ET · RVSGVNIENSIS ET PAT
PROV · OB INSIGNEM IN CI
VES AMOREM · ET SINGVLA
REM · ERGA PATRIAM ADFEC
TIONEM ET QVOD EIVS VIR
TVTE AC VIGILANTIA · FA
RAXEN · REBELLIS CVM SA
TELLITIBVS SVIS FVERIT ·
CAPTVS ET INTERFECTVS
ORDO COL · AVZIENSIS ·
INSIDIIS BAVARVM DE
CEPTO P·P·F D D · VIII · KAL ·
aPR · PR CCXXI 25 Mart. a. 260

Contulit Wilmanns et ectypum fecit. Primi descripserunt a. 1732 una iter facientes Habenstreit in relatione tabularii Dresdensis f. 210' (inde Bernoulli *Reisebeschreibungen* 10 p. 441) et Shaw *travels* p. 83, ed. Gall 1 p. 104 (ex Shawii schedis Maffei mus. Veron. 463, 1; ex ed. Gall. Donati 287, 2; Orelli n. 529). Denuo Anonymus Gerhardi; Caussade *notice* n. 1; Renier n. 3579 imaginem photographicam; Berbrugger *rev. Afr.* 8 p. 230.

3 COHSP Wilm. cum COHSP legissent priores; illud ectypum confirmat. — Incursionis Bavarum meminit praeterea titulus Lambaesitanus supra n. 2615, ubi item nominantur gentiles *Fraxinenses*. Vide quae ibi adnotavit Wilmanns. *Babari Transtagnenses* nominantur n. 9324.

[Q. G]argilio Q. f. Q(uirina) Martiali eq(uiti) R(omano), [pr]aef(ecto) coh(ortis) I Astyrum pr(ovinciae) Britta[n]iae, trib(uno) co(hortis) Hisp(anorum) pr(ovinciae) Maur(etaniae) Caes(ariensis), [a] mil(itiis), praep(osito) coh(orti) sing(ularium) et vex(illationi) [e]q(uitum) Mauror(um) in territorio [A]uziensi praetendentium, dec(urioni) duarum col(oniarum) Auziensis et Rusguniensis et pat(rono) prov(inciae), ob insignem in cives amorem et singularem erga patriam adfectionem, et quod eius virtute ac vigilantia Faraxen rebellis cum satellitibus suis fuerit captus et interfectus, ordo col(oniae) Auziensis insidiis Bavarum decepto p(ecunia) p(ublica) f(ecit). D(e)d(icatum) VIII kal. [A]pr. [a(nno)] pr(ovinciae) CCXXI.

Cohors singularium redit infra n. 9054. 9055. 9058.

9048 basis sex laterum RENIER. Aumale.

D M S
ATRO DOLORE
PERCVSSVS AB IN
QVISSIM FORTV
NA EREPTO MIHI
HORVM SOLACIO
CHAVI LACRIMAS
QVAS TEMPVS LE
TVIT CIVES E FICV
LOS FIX I ·NM DV
OS VNA DIES E PES
TIS ACERBA ABS
TVLIT HOS PVE
ROS · HI CLEMEN
S ET VINCENTA SV
NT CEPTO NOBIS
FLORE SVBREPTI
HIS GEMINIVS
CLEMENS · · MIL
EL · PAT · CVM
PLACENTIN SN
IVGE FILIS FECIT
DD · CLEMENS
VIX·AN·VI·ME·VI·DIE
XXIII · VINCENTIA
/ / / / / / / / / /

De Caussade *notice* n. 52 et apud Renierum n. 3582.

8. 9 LE|TVIT CIVES ET FICV Caussade *not.* addens '*ligne douteuse*', VE|TVIT CIVES E OCV Ren. interpolans. — 19 MIL traditur; restituit Renier.

D(is) M(anibus) s(acrum). Atro dolore percussus ab inquissima fortuna erepto mihi horum solacio cohibui lacrimas quas tempus [d]etu[l]it, cives, et [t]i[t]ulos fixi, nam duos una dies et pestis acerba abstulit hos pueros. Hi Clemens et Vincentia sunt coepto nobis flore subrepti. His Geminius Clemens, [a] mil(itiis), col(oniae) pat(ronus), cum Placentina coniuge, filiis fecit d(e)d(icavitque), Clemens vix(it) an(nis) VI me(nsibus) VI die(bus) XXIII; Vincentia . . . . . . Adloquitur pater populum testatus in publica calamitate lue grassante dolori privato se non indulsisse. Renierus quod restituit *lacrimas quas tempus vetuit cives et oculos fixi* quid significet, nescio; bonum factum, quod lectionem ex lapide exceptam, quam Renierus suppressit, ex Caussadii commentario cognovimus.

9049 basis alta m. 1,02, lata m. 0,54, litteri c. 6. Aumale in museo.

C OCTAVIVM PV
DENTEM CAESI
VM HONORATVM
PROC AVG D P
PRAESIDEM INCOM
PARABILEM INNO
CENTIA PRAECIPVVM
OMNIVMQVE VIR
TVTVM VIRVM MV
NICIPES MVNICIPII
AVZIENSES

Contulit Wilmanns. Charoy *rev. Afr.* 7 (1863) p. 362.

Idem praeses redit in titulo Caesariensi n. 9370, ubi dicitur *proc. Auggg. a censibus et praeses.*

9050 cippus altus m. 0,54, latus m. 0,56, litteris c. 5 ad 4. Aumale in museo.

ITAS SECRE | QV
ISSIMA CVL RX | TO EQ
PVDICITIAE HO | NO HONE
NESTAE FAMAE | TAE MEMOR
QVE VIXIT SINE | AE QVI VIXT
FEBRIBVS ANNS | ANNIS LVIII
XXXX D XXVI | D XXXVI Q PV
Q PVLLAENIVS | DONANTIVS
DNTVS MARI | PATRI PIIS
IVS EQ R OM |

Descripsit Wilmanns. Berbrugger (cf. *rev. Afr.* 6 p. 156) in ephemeridibus, ut *Akhbar* d. 6 Nov. 1851 (inde Renier n. 3648), dedit 1 2—8 imperfecte; Charoy *rev. Afr.* 5 (1861) p. 155.

. . . . . *[consiliorum coniugis supr]a [ma]ritas secretissima, cultrix pudicitiae, honestae famae, quae vixit sine febribus annis XXXX d(iebus) XXVI. Q. Pullaenius Donantius mari[t]us eq[ues R]om(anus) . . Q. P[ullaenio Dona]to eq[uiti Roma]no honestae memoriae, qui vixit annis LVIII d(iebus) XXXVI Q. Pul(laenius) Donantius patri piis[simo].*

9051 cippus altus m. 0,58, latus m. 0,55, litteris c. 4. Aumale in museo.

D M S
ME MO | FLAVA | CAECILIV
RIAE CAECL | RVSTIC | S NNRO
ROGAT VS | A MRT | IVA XXVII
ERAN V | A EIVS V | ROGAVS
A LXX | A L | V A XX

Contulit Wilmanns. Leclerc apud Renierum n. 3590.

D(is) M(anibus) s(acrum). Memoriae Caecili Rogati veterani; v(ixit) a(nnis) LXXX. Flavia Rustica marita eius v(ixit) a(nnis) L. Caecilius Sannibos v(ixit) a(nnis) XXVII. Rogatus v(ixit) a(nnis) XX.

9052 lapis altus m. 1, latus m. 1,52, litteris v. 1. 2 c. 6½, seq. c. 4 evanidis. *Il y a à Sour-R'ouzlan une inscription monumentale entièrement illisible dans le mur du fort: elle est renversée et composée de deux lignes de grandes lettres et seize de petites* CAUSSADE. Nunc Aumale in museo.

TO RESTVTO VETERANO EX DECVRIONE ET
AE LVCIOSAE EIVS CASSI ROGATVS ET SAT
/ / / / / / / NE / / / / / / N / / / IMIS L CASSIVS RESTVTVS EX DEC VE TE / / AMEN / / / / / / / / FA
/ IBEROS QVOS A TE CLODIA LVCIOSA VXORE MEA SVSCEP / / / / / / / /
/ / / / / / / VS / / MN / / / / / / ESSEM NON HABEREM / / / / / / ATVS / / / / COGITNSQVAE EIVS ADFECTIONEM
/ / / / / / / / / / / / / / / / / / R / / / / NE / / / / / / VERE / / / / / / / / / / / VIVVS DECENTEM MEMORIA MEAM ET
/ / / AE LVCIOSAE VXORIS MEAE BENEMERENTIS IDEM XXVI IN MEMORIM PATRIS VOS POSTEROSQ VESTROS DECC FVTVROS
/ / / / / / M / / / / / BES N / / / / / / / QVAE S / MM FENERANTVR N XX MENSES QVOSQVE ASSES OCTONOS QVI EFFICIVNTVR N
M / / / / N / / C / / / EX / / / / / / / / / / OB / / B / / BIS EX HAC / / IIS MEOS ET ITEM NON AVG NATALIS MEI EDERE PER MAGG S C
Q NN CIRCVENSES C / / ES MISSVS SEX X CXXXV / / / / / / / IE ANTE HORA TERTIA DABVNTVR SPORTVLAES VNIVERSIS
CON / / / / IONIBVS MEIS ET / / / IIS DVOBVS / / B / / / / NARIO I CLODIAE LVCIOSAE VXORI MEAE CASSIAE DVLCAE ET CASSIAE
REST / / AE FILABVS / / / / / / MEI PV / / / LABVS MEIS ANTE BASEM STATVARVM TAM MEAE QVAM
VXORIS M / / / / / / / / / / / / / N / S AD CVSTOD X III ITA VT STATVAM MEAM ET VXORIS MEAE TERGEAT ET VNGVAT ET CORONET ET CER
II ACCENDAT TEM V IDVVM INVARIARVM NATALIS CLODIAE L / / / OSAE VXORIS MEAE EDENTVR PER MAGG PER OMNES ANNOS CIRCV
NSES CE / / ES MISSVS VI X CXXXV EADEM DIE ANTE HORAM TERTIAM ANTE BASEM STATVARVM TAM MEAE QVAM VXORIS MEAE DABVN
SPORTVLAE VNIVERSIS CONDECVRIONIBVS MEIS ET SCRIBIS DVOBV / / / / / / ENARIO I CLODIAE LVCIOSAE XORI MEAE CASSIABVS
AE ET RESTVTAE FILIABVS FRATRIS MEI PVPILLABVS MEIS SINGVLIS X BINOS AD CVSTOD X III ITA VT STATVAS MEAM ET VXORIS MEAE TERGE
CORON EOS II ACCENDAT CREDO TAMEN OPTIMI PATRES HANC N MEMORIAM VOS POSTEROSQVE VESTROS LIBENTISSIMIS

Descripsit Wilmanns summa cura titulum evanidum et ectypum fecit, sed titulus ita detritus est, ut pleraque et difficiliora in ectypo deficiant, cum quae agnoscuntur plane conveniant cum exemplo a Wilmannsio excepto. Itaque hoc expressimus. Commemorat Caussade *notice* n. 55, descripsit quatenus nobis constat nemo.

[L. Cass]io Restuto veterano ex decurione et | [Clod]iae Luciosae eius Cassi Rogatus et Satur[ni|nus parentibus be]ne[mere]n[tib. piiss]imis. L. Cassius Restutus ex dec(urione) vet(eranus) te[st]amen[to sic praecepe]rat. | . . . . [l]iberos, quos a te, Clodia Luciosa, uxore mea, suscep[i] | . . . . essem, non haberem . . . . . . cogitansque eius adfectionem | . . . . vivus decentem memoriam meam et | [Clodi]ae Luciosae uxoris meae benemerentis. Idem XXVI. In memoriam patris vos posterosq(ue) vestros dec(uriones) futuros | [sollemnia quotannis facere volo. Ad eas] res n[umerabitis] . . ., quas s[u]mm(as) fenerantur n(ummis) XX, menses quosque asses octonos. Qui efficiuntur n(ummum) | . . . . ex hac . . . meos et item non. Aug. natalis mei edere per mag(istros) s(ui) r(uius) q(ue) ann(i) circuenses ce . . es missus sex x CXXXV. [Eadem d]ie ante hora(m) tertia(m) dabuntur sportulaes universis | con[decur]ionibus meis et [scri]bis duobus . . b . . . . [de]nario I, Clodiae Luciosae uxori meae, Cassiae Dulcae et Cassiae | Rest[ut]ae filiabus [fratris] mei pu[pil]labus meis ante basem statuarum tam meae quam | uxoris m[eae singulis x bi]n[o]s, ad custod(iam) x III, ita ut statuam meam et uxoris meae tergeat et unguat et coronet et cer(eos) | II accendat, item V iduum Ianuariarum natalis Clodiae L[uci]osae uxoris meae edentur per mag(istros) per omnes annos circu|[e]nses ce . . es missus VI x CXXXV. Eadem die ante horam tertiam ante basem statuarum tam meae quam uxoris meae dabun[tur] sportulae universis condecurionibus meis et scribis duobu[s] . . . [d]enario I, Clodiae Luciosae uxori meae, Cassiabus | [Dulc]ae et Restutae filiabus fratris mei pupillabus meis singulis x binos, ad custod(iam) x III, ita ut statuam meam et uxoris meae terge|[at et unguat et] coron[et et cer]eos II accendat. Credo tamen . . . . . . hanc n(ostram) memoriam vos posterosque vestros libentissimis . . . .

Primum caput testamenti v. 4—7 de monumento faciendo restitui nequit. Eius quod sequitur verba *idem XXVI*, modo recte excepta sint (ab ectypo absunt), pro inscriptione habenda sunt, ut referatur testamenti caput sextum et vicesimum. Cavetur eo capite, si recte intellegimus quae supersunt, ut ludi annui in honorem testatoris uxorisque eius fiant per magistros, magistri autem creentur posteri eorum decuriones facti et ipsi. Usurae ita stabilitae, ut pro centenis denariis per singulos menses solvantur asses octoni (cf. Plinius ad Trai. 53: *nec inveniuntur qui velint debere rei publicae, praesertim duodenis assibus*; titulus Ephesinus editus in Woodii de Epheso libro inscr. theatri p. 22: *ὅπως ἐκδανίζωσιν αὐτὰ ἐπὶ τόκῳ ἀσσαρίων δεκάδυο ἀργυρῶν ἀδιάπτωτα*; Digest. 16, 3, 26, 1: *ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβολοὺς τέσσαρας*) solitae sunt semisses (6%). *Viceni* sestertii omnino ita accipiendi sunt, ut tot solvantur in annum pro denariis centenis, id quod cum usuris illis menstruis assium octonorum sive sestertiorum binorum ita congruit, si computantur ad annum mensium decem; quam computationem antiquissimam vel saeculo tertio in Africa in usu fuisse sane memorabile est. — 10 et 15 qui inveniuntur *circuenses* sive *circenses ce . . es* (ectypum utroque loco deficit), *celeres* fortasse, quod genus eiusmodi ludorum proprie significent nescio. — 18 quid fuerit inter *credo* et *hanc*, quaeritur; *compares*, de quo cogitavi, ectypo contrarium est; *optimi patres* admitti potest litteris OPM ita detritis, ut contignates alias continere potuerint, sed parum satis facit. Omnino desiderandum est, ut titulus licet a gnavo et perito descriptore expressus a similis industriae viro iterum conferatur.

9053 cippus altus m 0,52, latus m. 0,55, litteris c. 4½. Aumale in museo.

	CAE	SAL	CLO
	PROCES	LVSṪ	SECV
	SAE · VXO	AE · IN	DO PA
vacat	R	VARIAE	TRI
		MRO	
	L CLO	DIVS	IVSTVS
	VST	E R N	VS FEC
		D D	

Descripsit Wilmanns.

Cae[*liae*] *Processae uxori, Sallustiae Ianuariae matri, Clo*(*dio*) *Secundo patri L. Clodius Iustus veteranus fec*(*it*) *d*(*e*)*d*(*icavitque*).

9054 cippus altus m. 1,48, latus m. 0,55, litteris c. 4. Aumale, *rue des chasseurs* antea, nunc ibidem in museo.

luna crescens

D · M · S
DASSIO · ALSI
NI · BENE · ME
RENTI · AR
SVS POSVṪ
COH · SIG
A N L

Contulit Wilmanns. Berbrugger et Charoy *rev. Afr.* 5 p. 154.

6 id est (*ex*) *coh*(*orte*) *si*(*n*)*g*(*ularium*).

9055 cippus altus m. 0,68, latus m. 0,56, litteris c. 4 Aumale in museo.

D M S	D M S
MEMORI	IVLIAE SA
AE FVLVI	TVRNIN
QVINTVL	AE B·M·F
7 EH · SNG	P V L V I V
V·A·XLVI	S QVINT
	VLVS 7 EH
	SING EN
	V A XXXV

Contulit Wilmanns. De Caussade *notice* n. 13; idem et Leclerc apud Renierum n. 3588.

9056 cippus altus m. 0,60, latus m. 0,55, litteris c. 4½. Aumale in aedibus privatis (*Bosq*).

D·IS M·S	
FVRFAN	
IVS DON	
ATVS·MIL	*vacat*
ES COḢS	
VIX A XXX	
MS II DES	
II ORAS XI	

Descripsit Wilmanns.

9057 lapis altus m. 1,85, latus m. 0,78, litteris c. 5. Aumale.

vir et femina in lecto
leo — *leo*
femina — *miles cum parazonio et vite,*
puella cum uva et columba — *puerulus cum lepore*
scorpio — *luna dimidiata* — *oculus* — *gallus*

D · M · SACR ·
GEMINIVS SATVRNINVS B · PR
AEF · STIP · XVIIII VIX · N
VIVOS MONVMENTVM SIBI
ET AVFIDIAE DONATAE VXOR
ET GEMINIS PRIMVLO CEPION
ET SABASTENAE ET SABASTENV
FILIS ·

Renier n. 3585 ad imaginem photographicam; delineavit Charoy *rev. Afr.* 6 p. 83 (inde repetivit Detlefsen *rev. arch.* 1863 p. 294 tab. VIII); idem exemplum proponit Berbrugger in catalogo musei Algeriensis p. 101.

ad n. 453. Confert Rossius *bull. crist.* 1878 p. 27 locum Victoris Vitensis de persec. Vand. 3, 34 [5, 9]: *universus clerus ecclesiae Carthaginis caede inediaque maceratus fere quingenti vel amplius, inter quos quam plurimi erant lectores infantuli.*

ad n. 455. Integram dedit Rossius delineatam ab eodem *bull. crist.* 1878 p. 27 tab. 6 n. 4:

ΑΡΩ
CIPSIA
NVS VX
AÑ GI RCV
IN PCS

10515 tabula marmorea alta m. 1, lata m. 0,60, rep. Ammaedarae in basilica cellave quadrata longa m. 10, lata m. 5.

HIC HABENTVR
MEMORIE SACRVM

PANTALEONTI
IVNANIS COMITV

De Rossi *bull. crist.* 1877 p. 108 tab. 9 n. 2, cui misit Robert episcopus; Bakri apud Villefossium *rev. arch.* 36 (1878) p. 41.

3. 4 PANTALEONI | RINONIS CORTVS Villef. — *Hic habentur memorie sa(n)c(to)rum Pantaleonti, Iunani e[t] comitu(m)* Rossius.

10516 Ammaedarae in basilica, de qua egimus p. 63.

ΑΡΩ
ASTIVS NVSTS
LVS FL PP CRISTI
ANVS VIXIT AN
NIS LXXII QVIEVIT ÇII
Id DECEM
BRES ANNO
IIII D N REGIS
ILDIRIX a. 535 36

De Rossi *bull. crist.* 1878 p. 26 tab. 6 n. 1 a Delapardio.

10517 Ammaedarae ibidem.

✝ DINANIVS
VALERI INP
POS SV D PRID
NDN DECEB
VIÇ AN XÇIII

De Rossi *bull. crist.* 1878 p. 27 tab. VI n. 3 a Delapardio.

10518 Ammaedarae ibidem.

✝ SECVN
DINVS VIX
ANNOS Ç DE
POS · SV D XV
Ḱ FEBRAS
IND ÇII

De Rossi *bull. crist.* 1878 p. 27 tab. VI n. 5 a Delapardio.

10518a Ammaedarae ibidem.

INIC
IX ANN XL
MARTIAS

Delapard misit Rossio.

XXXI. Vicinia Ammaedarae (p. 65).

ad n. 465. Dele; est supra n. 358.

XXXII. THALA (p. 69).

ad n. 549. Eadem videtur quam sic excepit Bakri apud Villefossium *rev. arch.* 36 (1878) p. 34: D·M·S | L·OFFIVS | V·A·LXXXX | H·S·E.

10519 Thalae.

C SVLPICIVS
LVPeRCVS
V A XXXXIX
H S E

Descripsit Bakri apud Villefossium *rev. arch.* 36 (1878) p. 34.
2 LVPRCVS traditur.

10520 Thalae

DI S MA
C SVLPICIA RO
ATA VIXSIT AN
NIS XXX
H·S·E

Descripsit Bakri apud Villefossium *rev. arch.* 36 (1878) p. 34.

XXXIII. SALTVS MASSIPIANVS (p. 73).

Pro *P'hairet* scribe *B'hairet*.

XXXVI. MACTAR (p. 79).

Mactaritanos titulos Libycos tres recenset Reboud *inscriptions libyco-berbères* p. 47 n. 142. 143. 144 tab. 20.

ad n. 621. Brucii exemplum cum arcus delineatione edidit Playfair *travels* p. 202. — 3 . . . FAVSTIN·OS DEDI·D·D·P·P Bruce.

ad n. 622 Playfair *travels* p. 201 vidit a. 1876 imminutam sic: |AIANI·PAS|.

ad n. 658. Descripsit item Playfair ediditque *travels* p. 198 ligno expressam. — 2. 3 solve *art(ifex) hon(estus)*.

ad n. 684. Monuit Rossius in hoc epigrammate pariter atque in altero urbano *inscr. christ.* I n. 484 usurpari versum Lucani 2, 343: *ne dubium longo quaeratur in aevo.*

PARS TERTIA.

PROVINCIA PROCONSVLARIS.

I. *Hr. Ain-Furnu* (p. 94).

Oppidum Furnos non hoc loco fuisse iam docuit titulus infra editus n. 10609.

X. THVBVRBO MAIVS (p. 106).

ad n. 843. Tuneti in museo Kheireddin et duo fragmenta *a c* (et prius quidem nunc demum erutum totum) et tertium (*b*) nec Guerinio nec Wilmannsio visum repperit Playfair *travels* p. 149. Allata dicebantur errore ex Bu Radeh (cf. p. 99 cap. VI). Unde iam lectio expleri potuit ita:

a | *b* | *c*

|DRIANI·NEP·DIVI| |TRAIANI · PARTH|ICI · MAXIMI| *abeq*
|S·EIVSDEM·FVRI| |VICTORIS·VNA·C|uM·COLVMNI|
|D·IN·FORO POSVIT| |eT·OB·DEDICATION|EM · AVRELI|

3 traditur DEDICATIONI et /EM.

ad n. 849. Tuneti in eodem museo repperit Playfair una cum n. 843; idem addit hanc et fragmenta *b c* tituli alterius eiusdem inscriptionis particulas esse, confundens opinor hoc fragmentum et n. 843 *a*.

XI. GIVFI (p. 106).

ad n. 868 Studemundus adnotat: dubitanter coniicias huius tituli auctorem semiseptenarios iambicos cum adsequi vellet, non adsecutum esse:

amdre dúctus pélagi
mercibus (!) *insistébam;*
suc(c)ídis aéternóque
silénitó Mauris sum
⏑ ´ ⏑ ´ ⏑ ´ ⏑

XII. *M'hammedia* (p. 110).

ad n. 877. Tuneti in museo Kheireddin vidit Playfair *travels* p. 149. Eandem edidit Sainte-Marie *la Tunisie chrétienne* (Lyon 1878) p. 9 delineatam a Th. Caillet sic:

D | M | S
IVLIA GADAIA MATER | MANLIVS QVAR | AMANTISSIMÆ
QVARTINA PVPENIA | TINVS SORORI | FECERVNT

2 in. LIA pro IVLIA, 3 INVS pro TINVS mutavimus secuti Guerinianum exemplum.

ad n. 879. Ad ectypum Guerinii expressit Sainte-Marie *la Tunisie chrétienne* p. 19. Tractavit Rossius *bull. crist.* 1878 p. 93.

ad n. 880. Ad ectypum Guerinii edidit Sainte-Marie l. c. p. 20.

XIV. PAGVS MERCVRIALIS (p. 112).

Scribendum Zaghwan, non Zarhwan natum ex prava pronuntiatione Francogallorum.

ad n. 884. Vere pervenisse Florentiam in museum testatur inventarium eius factum a. 1676, ubi hic titulus adest. Descriptum inde non habuimus.

XV. VTHINA (p. 112).

10521 ex Uthinae ruderibus adlata Tunetum in museum Kheireddin.

MARCVS
AVRELIVS
FELIX PIVS
VIXIT ANOS
XXII

Playfair *travels* p. 149.

XVI. AQVAEDVCTVS CARTHAGINIENSIS (p. 113).

10522 *questo acquedotto è dominato da una cornice; tutti i pilastri sono numerati di grossi numeri Romani ed in alcuni trovai le seguenti iscrizioni.*

☧ | E | A | AR
CORONICI
O·V·R·C·NICI

Limberi *itinerario* ms. I p. 125.

XVII. VILLA MAGNA (p. 113).

ad n. 897. 'Agitur de thermis institutis earumque *solio infimo* (cf. n. 948). — 3 scr. CATVLINVS; de Catullinis *generosa familia progenitis* vide n. 5669'. Rossius.

ad n. 900. Descripserunt item Hebenstreit in itinerario ms. (teste Webero *Archiv für sächs. Geschichte* 3 p. 40; nobis non est enotata) et Playfair *travels* p. 137.

10523 Zaghuan TISSOT. Rep. nuper ad Ain Segal [sic], unde dum in museum Tunetanum Kheireddini transfertur, plaustro fracto iacentem in media via inter Tunetam et Mohammediam vidit PLAYFAIR.

SVLTIAE HORTENSIAE
CVRDINIAE · ANTONIAE
*opt*VMAE · FLAM · PERP ·
*curi*AE · VNIVERSAE · ET
*pa*tr*ONARI* · ET · SVBAEDIAN
ob *in*SIDVAM · ET · FREQVEN*t*
in VNIVERSOS · CIVES · SVOS
LIBERALITATEM ·
L · D · D · D

Playfair *travels* p. 129; Tissot descripsit misitque.

1 VIIIAI HORTENSIA, 2 . . VRDINIAE, 3 . . . . YMAE FLAM PERP . . . ., 4 . . . . S·VNIVERSAE·EI . . ., 5 . . OMARI·II·SVBAEDIAN . ., 6 ISIDVAM EI Playf. — 6 fin. FREQVENTI Tiss., FREQVEN Playf. — 7 RVO, 8 / IBERALITATEM, 9 I·D·D·D Playfair.

Propter subaedianos vide n. 3743.

10524 Zauiat el-Alia (Djebel Zaghuan).

*in*COATVM ADIECIT
*sua re*FECTA · SORDEBAT · TRA
TER PICTVR ANT*e* TEMPl*um*
TANVM · ADSI / / /

A Chevarrieria acceptam misit Tissot.

XXII. ZVCCHAR (p. 117).

ad n. 921. Ectypum extat inter schedas Wilmannsii.

ad n. 922. Noah, Borgiae in Africa comes, lapidem videtur vidisse, Muenterus autem eum descripsisse ex Noae libro edito. — Ex Shawio sumpsit Frank *Tunis, description de cette régence* p. 37, sed initio interpolavit sic: PRO SALVTE CAESARIS APHRODISII TOTIVSQVE DIVINAE DOMVS cet., adnotans, ne lateret interpolatio, ad APHRODISII '*on sait que Jules César prétendait tirer son origine de Vénus, mère d'Énée*'.

XXV. *Slimân* (p. 119).

In praefationis pagina posteriore v. 6 scribe Schemâsch pro Semmâsch.

ad n. 943. Eadem est opinor relata melius infra n. 984.

XXVIII. *Gasr el Lus* (p. 121).

Sic scribendum est, non Gasr Elluss.

XXX. *Beled Belli* (p. 122).

N. 957*a* dele; est Carthaginis Hispaniae vol. II n. 3410.

XXXIII. SIAGV (p. 124).

ad n. 965. Ex Desfontainii schedis datur *nouvelles annales des voyages* 47 (1830) p. 139.

XXXIV. NEAPOLIS (p. 125).

ad n. 969. Partem inferiorem edidit Villefosse *rev. arch.* 36 (1878) p. 38.

XXXV. CVRVBIS (p. 127).

10525 tabula aerea reperta Tuneti; praefectus rebus classiariis misit academiae Parisinae AMEILHON 1789. Ad Curubin rettulimus propter v. 3 ab editore probabiliter suppletum

C POMPONIVs
HOSPITIVM TESSERAM*que?* — *hospitium quom*
sic SINATV·POPVLOQVE·CVR*ubitano?* — *fecit eidemque*
EIVS·STVDIO · BENIFICIEIS . . . . — *devincti publice*
PRSIVATIMQVE·C·POMPON*ium* . . . . . . — *posterosque*
EIVS·PATRONVM·SIBEI·PC*ooptarunt*, *curia coptaverunt decretumque?*
QVOM·HOSPITALE·TESSER*a* — *attulerunt legati?*
HIMILCONIS · F · ZENTVC
SVFETES·MVTHVNBLIM HI
MILCATONIS · F · BARIC·H
AMMICARIS · F · ZECENOR·
AMMICARIS · F · LILVA · MI
ACT·A·D·VI·S·MAI·C·CAESAR*e* — *a. u. c. 692? 706? 1061 709?*

H. P. Ameilhon in comm. lecto 8 Mai. a. 1789, edito *mémoires de littérature tirés des registres de l'académie des inscriptions et belles-lettres* 49 (1808) p. 501 cum tabula in aere incisa.

XXXVI. CLVPEA (p. 128).

ad n. 984. Est supra n. 943.

XL. CARPIS (p. 130).

ad n. 994 v. 2 pro CONSTANTINO scr. CONSTANTIO.

XLI. *Hammam el-Lif* (p. 131).

In praefatione p. 131 col. 1 v. extr. pro *Rhades* corrupta forma Francogallica scr. *Ghades*.

ad n. 997. Edidit Renier item *bull. de la soc. des antiquaires de France* 1857 p. 137.

XLII. CARTHAGO (p. 133).

ad n. 1007 a adnotat Studemund: 'δήμας καὶ ἀγηνορέα φωνήν verba sumpta sunt ex Homeri Iliad. 13, 45 = 17, 555 = 22, 227'.

ad n. 1009. Edidit item acceptam a de Silva Renier *mémoires de l'Institut* tom. 27, 1 (1877) p. 35.

ad n. 1015. Humbertus ipse adnotat tituli (reperti Carthagine *in cisterna*) versus 2 litteras differre a priore; in illo est A, in hoc A.

ad n. 1021. Museo Algeriensi dedit Alphonsus Rousseau. Edidit Berbrugger in catalogo musei Alg. p. 114 n. 212. — 3 POSSIT Berbr.

ad n. 1024. Descriptam a Villefossio edidit Allmer *revue du Dauphiné et du Vivarais* 4 (1880) p. 218.

ad n. 1028. Inlatum esse titulum museo Algeriensi ab Alphonso Rousseau *premier drogman du consulat général de France à Tunis* et aliquamdiu creditum proficisci ex Cassis adnotat Berbrugger catal. mus. Alg. p. 111 n. 35.

ad n. 1027. In add. ms. Wilmannsius sic emendavit ad lapidem altum m 0,30, latum m. 0,42, litteris c. 1 ad 1½:

ET · ANTIGONA VITALIS · AVG · N ·
VIVET · ET · CONVIVATVR D · M · S · TABELLARIVS
VIVET ET CONVIVAT

DVM SVM VITALIS · ET VIVO EGO · FECI · SEPVLCRHVM ·
ADQVE MEOS VERSVS DVM TRANSEO PERLEGO ET · IPSE ·
DIPLOMA · CISCAVI · TOTAM REGIONE · PEDESTREM ·
ET · CANIBVS PRENDI LEPORES · ET DENIQVE VVLPIS
POSTEA POTIONES CALICIS PERDVXI · LIBENTER ·
MVLTA IVVENTVTIS FECI QVIA SVM MORITVRVS ·
QVISQVE SAPIS IVVENIS · VIVO TIBI · PONE · SEPVLCRHVM

ad n. 1048. Edidit Renier *comptes-rendus de l'Academie ser.* 4 tom. 3 (1875) p. 201.

ad n. 1047. Dele; est Caesariensis n. 9472.

ad n. 1072. Mensium imaginibus nomina adscripta esse Latine ait Beulé *fouilles de Carthage* (1861) p. 37, errore; eae enim, quas egregie repraesentavit Franks (*recent excavations at Carthage*, Archaeologiae vol. 38 a. 1860 p. 227 seq.), vocabula non habent adscripta. — Rossius titulum temptavit supplere sic fere: . . . *ne fundamenta* [*iecimus*, ... *fron*]*tem dedicavimus*, ... *ti. Bidete* (= videte), *amici, florem* [*Wandalorum*?] *deum invocantem, qui* . . . . [*exaudi*]*vit gaudentes* . . . . *Dominus te exalta*[*vit per*] *Fastilanem immin*[*entem operi*] . . . *consummavit gaudens*. Wandalorum tempora indicat nomen Fastila; 8 ante *consummavit* regis nomen videtur scriptum fuisse. Ad v. 3 conferenda est n. 5669: *Catullinorum flores*.

ad n. 1083. *Proceedings of the soc. of antiq. of London* vol. 4 (1859) p. 303 quae leguntur: *the Rev. I. C. Clutterbuck exhibited through the secretary a fragment of marble, found by Mr. Clutterbuck at Carthage, among a heap of stones; on which was a portion of an early christian inscription* IN PACE *and a palm branch*, fortasse ad hunc titulum spectant.

ad n. 1091. Eodem loco vidit Delattre, cui narrarunt repertam esse pone ecclesiam S. Ludovici. Non arbor in lapide cernitur, sed candelabrum septem lucernarum; Iudaica igitur.

ad n. 1092. Edidit item de Sainte-Marie *la Tunisie chrétienne* p. 19, qui in fine v. 1 agnovit A.

ad n. 1124. Muenterus sine dubio more suo sumpsit ex Caronnio auctoris nomine suppresso.

ad n. 1127. Non Carthaginiensis est, sed Thysdritana (vide supra n. 10499).

ad n. 1130. 1131. Hos quoque titulos fuisse Florentiae in museo testatur inventarium citatum in add. ad n. 884. Habet eos item codex Marucellianus A 189, cuius errores suppressimus.

ad n. 1148. Supplementum emendavit Wilmanns ad n. 1873.

ad n. 1154. Dele; est Thuggensis n. 1534.

ad n. 1165. V. 5. 6 legendum esse ABSTINENTI[SSIMO] et Villefossius adseverat, qui vidit lapidem, et confirmat ectypum, quod dedit Otto Hirschfeld.

ad n. 1169 a. Edidit item Le Blant *inscr. chrét. de la Gaule* 1 p. 117 n. 3.

10526/7 Carthagine in museo S. Ludovici.

*d*IVI · AVG · F
CN · F · ARN
sepul

Rossius descripsit ad imaginem photographicam Tissot descripsit et misit.

10528 Carthagine rep., est in museo S. Ludovici.

fore VTIBVS
pio fel ICI A*ug*

Rossius descripsit ad imaginem photographicam. Tissot descripsit et misit.

Rossio 2 in. adesse visa est pars litterae S.

10529 basis marmorea, in qua stat columna fracta. Carthagine.

✝ OPT · CLEMENT
FELICISSIMOQ
PRINCIPI
D · N · FOCAE · IMP
SMARaGDVS
EXARC · ITALIAE
HANC · STATVAm
MAIES · EIVS · D · D

Guéniot dedit Tissoto qui misit ediditque *journ. de la république française* 1 Iun. 1880

5 SMARGDVS traditur. — Similem titulum (vol. VI n. 1200) Romae eidem imperatori dedicavit idem Smaragdus *ex praepos(ito) sacri palatii ac patricius et exarchus Italiae*. Sub hoc Africam quoque fuisse iam intellegitur, potestque adeo quaeri, an non, ut Iustinianus recuperatam Africam sub praefecto praetorio Africae esse voluit (Cod. Iust. 1, 27), ita recepta Italia aut ab ipso Iustiniano aut postea paulo antiquus praefectus praetorio per Italiam sub exarchi nomine resuscitatus sit; nam illi et Italia et Africa paruit, neque alia suppetit exarchatus origo probabilis.

10530 Carthagine rep. *entre Byrsa et le quai* TISSOT.

ANI SI *mum*
mae VLITANI
NENNENSES
MIZEOTERENEN*ses*
OPPIDANI NO*vensi*

Tissot descripsit misitque. Citat ex schedis eius Desjardins *rev. critique d'hist. et de litt.* 1880 p. 20.

Civitatium Africae nomina videntur recenseri; quamquam versibus primo et tertio satis apta supplementa non repperi. *Mizeoterenenses* Tissotius perspexit redire in titulo prope Testur invento n. 1395.

10531 Carthagine in museo S. Ludovici.

D · M · S ·
M · AVRELI
VS NOMA
DIVS PIVS·
AVG·LIB VIX
AN·XXXII M XI

Rossius descripsit ad imaginem photographicam. Tissot descripsit misitque.

10532 Carthagine.

DIS · MANIBVS · SAC ·
ECATE·PIA·VIXIT·ANNIS·
XXVIIII·MENSES·VII·DIES V
H · S · E ·

Ad ectypum quod misit Guiénot edidit Le Blant *revue critique d'histoire et de littérature* 1880 p. 60.

10533 in Tunisi in quodam marmore sito in sancti Francisci ecclesia BONGIANELLI. Eius nominis locus cum in Italia non reperiatur nec quicquam obstet, quominus auctor, cuius haec sylloge est, aequalis Pontani cum titulis Siciliae et Italiae inferioris Tunetanum quoque composuerit, tribus denique Carthaginiensium sit, hoc loco edidi.

Θ · C · FIDICVLANIVS · C · L · ABDACVS
Θ · C · FIDICVLANIVS · C · F · ARN · RVFVS
V · FIDICVLAnIA · C · L · HIPPOLITHE
FATALEM HANC SEDEM HIPPOLITE DEDIT OB PIETATEM
IN COMMVNE SIBI ET GNATO COLLIBERTOQVE

Bongianelli apud Manutium cod. Vatic. 5217 f. 256' (inde Donius 10, 5; ex hoc Mur. 1582, 11) inter ea quae redeunt fere in libro Marucelliano A 79, 1 (vide vol. X p. 370 n III), ubi tamen haec non legitur.
1 in. ϕ, 3 FIDICVLARIA traduntur.

10534 Carthagine *découverte en mai 1837, avec d'autres fragmens de paléographie grecque, écrits en caractères cursifs anciens.*

D · M ·
C·MANLIVS
MERCVRIVS
V · ANNIS
QVINQVAGIN
IA

Perquin de Gembloux in *rev. du Dauphiné* (1837) vol. 2 p. 258 qui vidit.
Vix recte lecta.

10535 Carthagine.

CANDID

Tissot misit.

10536 cippus altus m. 0,30, latus m. 0,30, litt. c. 1½. Carthagine repertum museo Algeriensi dono dedit Rousseau BERBR.

mulier in lecto
OE EIA EYΨYXEI

Descripsit Wilmanns. Berbrugger in catalogo musei p. 113 n. 210.

10537 Carthagine.

ЯGA

Tissot misit.

10538 Carthagine in Byrsa rep.

TAV
+ SCCO
TIARDII

Tissot descripsit et misit.

10539 in opere museo Carthagine rep. a. 1844 cuius maior pars in Galliam translata est, frusta quaedam remanserunt in museo Tunetano ad aediculam S. Ludovici.

quattuor aurigae quadrigis vecti
SEAE//IVS CVIRIACVS CIPRIANVS CE//SIVS
certamina varia

Rousset *rev. arch.* 7 (1850) p. 260 tab. 143.

10540 Carthagine rep. ad ecclesiam S. Ludovici inter rudera coemeterii vetusti cum aliis pluribus frustulis minutis titulorum christianorum. Est in museo S. Ludovici.

AGISILI
FIDELIS *in pace*

Rossius descripsit ad imaginem photographicam acceptam a Delattrio.

10541 rep. et adservata cum n. 10540.

AGR
INN*ocens*
IN P

Rossius dedit.

10542 in disco ex marmore candido, Carthagine.

FASTIDITV
S DORMIT IN
PACE VIXIT AN
NOS IIII M I·ORA
S · III

Tissot descripsit misitque.

10543 rep. et adservata cum n. 10540.

FELICI
TAS EIDE *sic*
LIS IN PA
CE

Rossius dedit.

10544 rep. et adservata cum n. 10540.

FORT
VS II

Rossius dedit.

10545 rep. et adservata cum n. 10540.

*fo*RTVNAI
*vix*IT ANN
INIC

Rossius dedit.

10546 rep. et adservata cum n. 10540.

PIFERIN
IN PAC*e vixit an*
NOS

Rossius dedit.

10547 rep. et adservata cum n. 10540.

DES III
*indictio*NE QIII


Rossius dedit.

10548 rep. et adservata cum n. 10540.

*fid*ELIS IN PA E·ANN

Rossius dedit.
Potuerunt addi fragmina et paganorum titulorum quaedam et Christianorum plurima cum vestigiis vocabulorum *fidelis*, *in pace*, similium, item monogrammatis ☧ et (☧) et $\frac{P}{A|\omega}$, symbolis ancorae, palmae, avium. At quae selegimus puto satis sufficient.

10549 Carthagine venit in museum Massiliense.



Leblant *inscriptions chrét. de la Gaule* 1 p. 28; de Rossi spicilegium Solesmense 4 (1858) p. 517.
Gloria in [*excelsis*] *deo et* [*in terra*].

10550 in lapide scriptum litteris minutis in duabus fossulis, quae formae sigillorum visae sunt Rossio. Rep. et adservata cum n. 10540.

VIBAS IN DEO
GADE SEMPER

Rossius dedit.

XLIII. VCRES (p. 147).

Monuit Rossius Victorem *episcopum* [*civit*]*atis Ucresum* nominari in titulo urbano n. 404 (Rossi inscr. chr. I n. 534).

ad n. 1170. Lapis hodie extat Hafniae in museo regio; edidit inde Ussing in actis soc. scient. Hafniensis ser. V vol. 11 (1857) p. 16, legens 1 LVEI, 3 NT·MAX·TI..., 4 II.

XLV. THVBVRBO MINVS (p. 148).

ad n. 1173. Thignicae videtur vidisse Bruce apud Playfair *travels* p. 228 (cf. ad n. 1177).

10551 ab altera parte est n. 10552. El-Batan prope Tburbe

DIVO
THIBIVCA

Tissot descripsit a. 1876 misitque.

10552 ab altera est n. 10551. El-Batan.

IO Q F
IDIANO
IVDICANTI
M///III·S///NIIE

Tissot descripsit misitque.

XLVI. AVITTA (p. 148).

ad n. 1177. Bruce (apud Playfair *travels* p. 228) hanc una cum n. 1173 et n. 1398 refert tamquam Thignicenses, adscribens ad hanc: *this is now in the Bey's garden, Tuburbo.* Exhibet sic:

ALLIUI UL
QVE MVNICIPIVM AELIVM AVG
ET QVE EGRILLO PLARIANO LEG·PR

LXVIa. *Henschir Schuegi.*

10553 *Henchir Chouégui, route de Djedeïda à Mater* TISSOT.

MERCVRIO AVg
SACRVM
C ANTISTIVS HON
OB HOnor

Tissot descripsit misitque.
4 OR traditur.

10554 Henschir Schuegi.

O/IMIMIS///
C//MQ·DEDICAVIT

Tissot descripsit misitque.

XLVIb. *Henschir Djal.*

Rudera ad Henschir Djal a Thuburbo minore inter septentrionem et occidentem quae sunt in monte Djebel Susaria primus exploravit Tissot. Antiquum oppidi nomen adhuc ignoratur.

10555 Henschir Djal.

MERCVRIO
AVG·SACR
PRO·SALVTE·IMP
CAESARIS

Tissot descripsit misitque.

10556 Henschir Djal.

VICTORIAE
AVG·SACR·
PRO SALVTE
IMP·CAESARIS
TRAIANI
///OPtimi AVG
L·RVTILIVS·FESTus
/////////
ex pecunia SVA
/////FECIT

Tissot descripsit misitque.

10557 Henschir Djal.

*pro s*ALVTE IMP · CAES · T · AEL*i* HAD*riani antonini aug. pii*
VS·MAXIMVS·C IVLIVS·IANVARIVS·C·IVL*ius pro*cVLVS·A

Tissot descripsit misitque.

10558 basis. Henschir Djal.

M · AVR*elio*
CAES*ari*
IMP·CAESARIS *t. aeli hadriani*
ANTONIN*i aug. pii fil*

Tissot descripsit misitque.

10559 cippus. Henschir Djal.

protomae duae
///////
TERTVLIA ///
RIVCVDONI
O·T·B·Q·T

Tissot descripsit misitque.
1 TERTVLIA traditur.

10560 Henschir Djal.

IVS
OL·SP·P·D

Tissot descripsit misitque.

10561 Henschir Djal.

POM

Tissot descripsit misitque.

10562 litteris altis c. 22. Henschir Djal.

*la*VRENTIV*s*

Tissot descripsit misitque.

XLVII. VTICA (p. 149).

ad n. 1182. Repertam *dans le magasin des marbres du Dey* dedit museo Algeriensi a. 1835 proxenus Anglus Algerii de Saint-John. Edidit quod superest Berbrugger catal. mus. Alger. p. 111 n. 7.

ad n. 1202. Citat Rossius apud Pitram spicilegium Solesm. 4 (1858) p. 517 n. 1.

ad n. 1205. 'Significatur archon synagogae alicuius Iudaeorum.' Rossi.

XLVIII. HIPPO (p. 152).

Hippo Arabibus olim dicebatur Benzerta, quod natum est ex *Hyppona Zaryton*, hodie iisdem est Biserta, non Bensert.

La. Prope Vagam Tuccabor versus.

In Peutingerana via pingitur a Thuburbo minore Bullam haec: *Thuburbi minus — XVI — Clucar*[1]) — *X — Elefantaria*[2]) — *XIII — Teglata*[3]) — *VII — vico Augusti*[4]) — *VII — Picus*[5]) — *VIIII — novis Aquilianis*[6]) — *VI — Armascla fl.*[7]) — *XII — ad Silma*[8]) — *XII — Bulla regia.* Tissotius, qui regionem hanc primus exploravit, titulos in ea repperit eos qui sequuntur.

1) Henschir el-Amira secundum Tissotum, a quo ea quoque sumpsimus quae sequuntur.
2) Henschir Smidia — 3) Ain Kalulia.
4) Sidi Bu Kahila prope confluentes Medjerdae et Wed Badja.
5) prope Sidi Scheli in sinistra ripa Medjerdae.
6) Sidi Ali Djebin, ubi fl. Wed Kassab influit in Medjerdam.
7) ad confluentes Medjerdae et fl. Wed bu Heurtma.
8) Djenan Zaab?

10563 Henschir Mzura prope Teglatam.

D · M · S
S A L L V S
TIA · NAM
PAMII·P·VIX
ANNIS·II·O
IES · XV

Tissot descripsit misitque.

10564 *près du confluent de l'oued Zerga et de la Medjerda* [a Tuccabor ad occidentem prope mansionem Teglatam], *apportée d'un point voisin qu'on n'a pu me nommer* TISSOT.

EX IMPERIO *n*
CERERI · GRAEC*ae*
SACR*a*M · M · LARTI*di*
VS · A / / / MRVGAEV*s*
SACERDOS · PRIMVS
ARAM · QVM · GRADI
BVS·DEDICAVIT·IN·SVO

Tissot descripsit misitque.

3 SACRM apographum. — Verum igitur est quod traditur in urbana vol. VI n. 1780 uxorem Vettii Praetextati fuisse *graecosacranean deae Cereris*, distinguebanturque posteriore aetate Cereres duae Latina et Graeca.

10565 Henschir Sriu inter mansiones Teglatam et vicum Augusti TISSOT.

P R O · S A L V*te imp. caes*
T·AELI·HADRIA*ni antonini*
AVG·PII·LIBER*orumq. eius*
P · AELIVS
S A T V R N
C V M · P O

Tissot descripsit misitque.

10566 Henschir Sriu.

*pro salute im*P·CAES·M·AVRELI *se*VERI *antonini*

Tissot descripsit misitque.

10567 in rudi lapide utrimque scripto. Henschir Sriu.

ab una parte:	*ab altera:*
CAES N	F M R

A Collange descriptam misit Tissot.

Id est opinor *Caes(aris) n(ostri)* et *f(ines) m(unicipii) R* . . . .

10568 *pierre encastrée dans le bandeau de plein cintre du pont de l'oued Badja, près de Vicus Augusti* TISSOT. Pons aetatis Romanae adhuc superest integer.

TI · CAESAR DIVI
AVG · F · AVGVSTVS
PONTIF · MAX · TRIB
POTEST · XXXI · COS · IIII — p. C. 29/30
• DEDIT •
C · VIBIVS MARSVS PR
COS · III DEDICA

Tissot, qui item misit, edidit *revue critique* 1880 p. 264.

Proconsul C. Vibius Marsus consul a. 17 notus est ex nummis permissu eius ab Uticensibus cusis, quorum annos iam hic titulus determinat.

LI. VAGA (p. 154).

ad n. 1217. Fragmentum *c* ex Hebenstreitianis edidit Bernoulli *Reisebeschreibungen* 11 p. 404, a quo pendet ephemeris Hungarica.

ad n. 1219. Vidit item Playfair *travels* p. 236.

ad n. 1223. Edidit Playfair *travels* p. 236.

10569 el-Badja in Kasba in pila quadam.

pro salute IMP · CAES · L. SEPTIMI · S*everi* — *co*S · II · P · P · ET · M · AVRELI · ANTONINI · *Caes* — a. 197
*principis iuvent*VTIS · IMP · DESIGNAT*i* — *...*MVS · CELLAM · CVM · PRONA*o* G / / EI
M · SACERDOTALIS · ET · CREA — RERVM · CVM · PRO SPLENDORE · COLONIAE
SSINT · EROGATA · SVM*m*A · *e*X ARCA — TAPEM SVMM DE SVO INTVLIT

Playfair *travels* p. 236.

2 CELLAM·CVM·PRON·AVG//EI, 4 SVMAMAXARCA — INTVNT traduntur. Partem supplementorum suggessit Buecheler.

LIIa. SALTVS BVRVNITANVS (Suk el-Khmis et vicinia).

Composuimus hoc capite titulos repertos inter Vagam et Bullam ad mansiones Novas Aquilianas (Sidi Ali Djebin secundum Tissotium), Armasclam fluvium (Henschir el-Karia), ad Silmam. Insigne decretum repertum in loco medio inter primam secundamque ostendit hoc loco saltum Burunitanum fuisse colonorum Caesaris, cuius praeterea unus Victor Vitensis meminit (pers. Vand. 1, 36: *Faustus Burunitanus episcopus*), sed ut de loco inde coniectura capi non posset.

10570 lapis altus cent. 70, latus cent. 90, scriptus paginis quattuor iuxta positis, quarum tamen prima tota fere periit. Sak el-Khmis repperit Dumartin medicus; hodie est Carthagine in monasterio S. Ludovici destinatus museo Parisino.

TIVS QVAM NON MODICVM ALLIO MAXIMO ADV
OS SARIO NOSTRO SET CVM OMNIBVS PERE
RM DVCTORIS · CONTRA FAS ATQ IN PERNICIE
E RATIONVM TVARVM SINE MODO EXERCVIT
T VT NON SOLVM COGNOSCERE PER TOT RETRO
ANNOS INSTANTIBVS AC SVPLICANTIB
VESTRAMQ DIVINAM SVBSCRIPTIONEM
ADLEGANTIBVS NOBIS SVPERSEDERIT VE
RVM ETIAM HOC EIVSDEM ALLI MAXIMI
CONDVCTORIS ARTIBVS GRATIOSISSIMI
TIMO INDVLSERIT VT MISSIS MILITIB
NDEM SALTVM BVRVNITANVM ALI
TRVM ADPREHENDI ET VEXARI ALI
IRI NONVLLOS CIVES ETIAM RO
VIRGIS ET FVSTIBVS EFFLIGI IVSSE
ET EO SOLO MERITO NOSTRO QV
IN TAM GRAVI PRO MODVLO ME
IS NOSTRAE TAMQ MANIFESTA
PLORATVM MAIESTATEM TV
PISTVLA VSI FVISSEMVS CV
IVRIAE EVIDENTIA CAES
IQ POTEST AESTIMARI QV
VIDEM QVEM MAIESTA
SISTIMAMVS VEL PRO
OMNINO COGNOS
PLANE GRATIFICATI
MVM INVENERIT
NOSTRIS QVIBVS
BAMVS COGNI
BERET INTE
TARE OPERAS
PETITATOT
IEOT

PVLIT NOS MISERRIMOS HOMI
SVM DIVINAE PROVIDENTIAE
CARR ET IDEO ROGAMVS SA
CRATISSIME IMP · SVBVENIAS VT KAPITE LE
GIS HADRIANE QVOD SVPRA SCRIPTVM EST AD
EMPTVM EST ADEMPTVM SIT IVS ETIAM PROCCS
NEDVM CONDVCTORI ADVERSVS COLONOS AM
PLIANDI PARTES AGRARIAS AVT OPERAR PRAE
BITIONEM IVGORVMVE ET VT SE HABENT LITTERE
PROCC QVAE SVNT INTVIARIO TVO TRACTVS KAR
THAG NON AMPLIVS ANNVAS QVAM BINAS
ARATORIAS BINAS SARTORIAS BINAS MESSO
RIAS OPERAS DEBEAMVS ITQ SINE VLLA CONTRO
VERSIA SIT VTPOTE CVM IN AERE INCISO ET AB
OMNIS OMNINO VNDIQ · VERSVM VICINIS NOST
PERPETVA IN HODIERNVM FORMA PRA/ST/V
TVM ET PROCC · LITTERIS QVAS SVPRA SCRIPSIMVS
ITA CONF//MATVM SVBVENIAS ET CVM HOMI
NES RVSTICI TENVES MANVM NOSTRARVM OPE
RIS VICTVM TOLERANTES CONDVCTORI PROFVSIS
LARGITIONIB · GRATIOSISMO IMPARES APVT
PROCC TVOS SIMV/QVIB//R VICES SVCCESSI
ON PER CONDICIONEM CONDVCTIONIS NOTVS EST
MISERNVS AC SACRO RESCRIPTO TVO AMPLI
VS PRAESTARE NOS QVAM EX LEGE HADRIANA ET
EX LITTERAS PROCC · TVOR DEBEMVS ID EST TER
BINAS OPERAS PRAECIPERE DIGNERIS VT BENE
FICIO MAIESTATIS TVAE RVSTICI TVI VERNVLAE
ET ALVMNI SALTVM TVORVM N VLTR · A CONDVC
TORIB AGROR FISCALIVM IN QVIETEM
N

ES · M · AVRELIVS COMMODVS AN
NVS AVG SARMAT · GERMANICVS
MAXIMVS LVRO LVCVLLO ET NOMINE A
LIORVM PROCC · CONTEMPLATIONE DIS
CIPVLINAE ET INSTITVTI MEI NE PLVS
QVAM TER · BINAS OPERAS CVRARVM
NE QVIT PER INIVRIAM CONTRA PERPE
TVAM FORMAM A VOBIS EXIGATVR
ET · ALIA MANV SCRIPSI RECOGNOVI
EXEMPLVM EPISTVLAE PROC · E · V ·
TVSSANIVS ARISTO ET CHRYSANTHVS
ANDRONICO SVO SALVTEM SECVNDVM
SACRAM SVBSCRIPTIONEM DOMINI · N
SANCTISSIMI IMP · QVAM AD LIBELLVM
SVVM DATAM LVRIVS LVCVLLVS

A MANV AMVS TE FELI
CISSIMVM BE RE VALE DAT
PR IDVS SEPT KARTHAGINI
FELICITER
CONSVMMATA ET DEDICATA
IDIBVS M//IS AVRELIANO ET CORNE
LIAN//OS CVRA AGENTE
C IVLIO // OPE SALAPVTI MAG

1 MODICVM lapis.
11 in. prima littera videtur fuisse T, sed parum certa est. Supplementum dubium; VLTIMO proposuerunt Bormann et Hirschfeld.
32 P (vel R)ETITATOTE (?) I (?) lapis.
33 vestigia incerta.

6 fin. sic lapis errore opinor quadratarii; nam de *proc(uratori)b(us)* qui scripturae leges novit non cogitabit.
10 TVIARIO erratum est pro TABVLARIO
13 potest fuisse et DEBEMVS et DEBEAVS.
15 post NOST quaedam exciderunt culpa quadratarii.
16 fuit omnino PRAESTITV.
21 GRTIO pro GRTO error est quadratarii.— GRATIOSISMO omissa syllaba quadratarius.
24 MISERN (vel N)VS lapis; requiritur MISEREARIS. — Aut pro TVO reponendum NON aut hoc addendum.
29 N pro NON ut librariis usitatum est, ita a quadrata scriptura abhorret.

5. 6 comma NE PLVS QVAM TER BINAS OPERAS insiticium videtur esse.

Descripsit Mommsen ad ectypa, quae proxenus imperii Germanici Tunetanus Tulin subministravit. Ad ectypum, quod Dumartin misit Carolo Tissotio, Tissotus academiae Parisinae, prodiit primum in ephemeride Parisina *Revue critique* a. 1880 Ian. 30, deinde *Comptes-rendus de l'Académie des inscr. et belles-lettres* 1880 p. 80 seq. Exemplum de lapide exceptum a Delattrio Mommseno misit Tissot. Is his subsidiis usus edidit et explicavit in Hermae vol. XV p. 386 seq., emendavit ibidem p. 478.

1, 1 . . . . *tius* | . . . . *os* | . . . . *rm* | . . . . *e* | . . . . *t*

(desunt multa)

2, 1 [*Intellegis praevaricationem,*] | *quam non mod*[*o*] *cum Allio Maximo adv*[*er*]|*sario nostro, set cum omnibus fere* [*con*]|*ductorib(us) contra fas atq(ue) in perniciem* | *rationum tuarum sine modo exercuit,* | *ut non solum cognoscere per tot retro* | *annos, instantibus ac suplicantib(us)* | *vestramq(ue) divinam subscriptionem* | *adlegantibus nobis, supersederit, ve*|*rum etiam hoc eiusdem Alli Maximi* | [*c*]*onductoris artibus gratiosissimi* | . . *timo indulserit, ut missis militib(us)* | [*in eu*]*ndem saltum Burunitanum ali*|[*os nos*]*trum adprehendi et vexari, ali*|[*os vinc*]*iri, nonullos cives etiam Ro*|[*manos*] . . *virgis et fustibus effligi iusse*|[*rit, scilic*]*et eo solo merito nostro, qu*|[*od, cementes*] *in tam gravi pro modulo me*|[*diocritat*]*is nostrae tamq(ue) manifesta* | [*iniuria im*]*ploratum maiestatem tu*|[*am, acerba*] *epistula usi fuissemus. Cu*[*ius nostrae in*]*iuriae evidentia,* | *Caes(ar),* [*inde ut*]*iq(ue) potest aestimari, qu*[*od*] . . . . *quidem, quem maiesta* | . . . . [*ex*]*sistimamus vel pro* | . . . . *omnino cognos* | . . . . *plane gratificati* | . . . . *mum invenerit* | . . . . *nostris, quibus* | . . . . *bamus cogni* | . . . . *beret inte* | . . . . . [*praes*]*tare operas* | . . . . *petita tot ei* . . . . . .

(deficiunt quaedam)

3, 1 [*Idque co*]*mpulit nos miserrimos homi*[*nes ius*]*sum divinae providentiae* | [*tuae invo*]*care. Et ideo rogamus, sa*|*cratissime imp*(*erator*), *subvenias. Ut kapite le*|*gis Hadriane, quod supra scriptum est, ademptum est, ademptum sit ius etiam proc*(*uratoribus*), | *nedum conductori, adversus colonos ampliandi partes agrarias aut operar*(*um*) *praebitionem iugorumve: et ut se habent littere* | *proc*(*uratorum*), *quae sunt in t*[*ab*]*ulario tuo tractus Karthag*(*iniensis*), *non amplius annuas quam binas* | *aratorias, binas sartorias, binas messo*|*rias operas debe*[*a*]*mus itq*(*ue*) *sine ulla contro*|*versia sit, utpote cum in aere inciso et ab* | *omnib*(*us*) *omnino undiq*(*ue*) *versum vicinis nost*[*ris viso legis capite ita sit*] | *perpetua in hodiernum forma pra*[*e*]*st*[*it*]*e*|*tum et proc*(*uratorum*) *litteris, quas supra scripsimus,* | *ita conf*[*ir*]*matum. Subvenias, et cum homines rustici tenues manum nostrarum ope*|*ris victum tolerantes conductori profusis* | *largitionib*(*us*) *gratiosis*[*si*]*mo impares aput* | *proc*(*uratores*) *tuos simu*[*s*], *quib*(*us*) [*pe*]*r vices successi*|*on*(*is*) *per condicionem conductionis notus est,* | *miser*[*eari*]*s ac sacro rescripto* [*non*] *ampli*|*us praestare nos, quam ex lege Hadriana et* | *ex litteras proc*(*uratorum*) *tuor*(*um*) *debemus, id est ter* | *binas operas, praecipere digneris, ut bene*|*ficio maiestatis tuae rustici tui vernulae* | *et alumni saltum tuorum n*(*on*) *ultr*(*a*) *a conductorib*(*us*) *agror*(*um*) *fiscalium in quiete ma*[*ner*]*e* | *n*[*ulla nostra culpa prohibeamur.*]

(desunt quaedam)

[*Imp. Ca*]*es. M. Aurelius Commodus An*|[*toni*]*nus Aug*(*ustus*) *Sar*- 4, 1
mat(*icus*) *Germanicus* | *maximus Lurio Lucullo et nomine a*|*liorum. Proc*(*uratores*) *contemplatione dis*|*cipulinae et instituti mei ne plus* | *quam ter binas operas* (*ne pl. q. t. b. o.* delendum) *curabunt,* | *ne quit per iniuriam contra perpe*|*tuam formam a vobis exigatur. Et alia manu. Scripsi. Recognovi.* |

Exemplum epistulae proc(*uratoris*) *e*(*gregii*) *v*(*iri*). | *Tussanius Aristo et Chrysanthus* | *Andronico suo salutem. Secundum* | *sacram subscriptionem domini n*(*ostri*) | *sanctissimi imp*(*eratoris*), *quam ad libellum* | *suum datam Lurius Lucullus* | [*misit*]

(deficiunt versus sex)

[*Et ali*]*a manu:* [*Opt*]*amus te feli cissimum be*[*ne vive*]*re. Vale. Dat*(*a*) | *pr*(*idie*) *idus Sept. Karthagine.* |

Feliciter | *consummata et dedicata* | *idibus Mais Aureliano et Cornelliano cos. cura agente* | *C. Iulio . . . ope Salaputi mag*(*istro*).

Ad interpretandum libellum colonorum imperatorisque rescriptum quae loco citato attulimus, hoc repetere non placet. Scripta sunt inter a. 180 et 183.

10571 Hammam Said ad chiliom. CXII viae ferratae prope novas Aquilianas.

XXX
·
ET
MAX IRI
VMEVV DAN
ICIVRISQVEN
FeCIT MEMQ *dedicavit*

Descriptam ab Iulio praef $\frac{\text{?}}{\text{?}}$to operarum misit Tissot.
7 FICIT traditur.

10572 Hammam Said.

D · M · S
C · IVLIVS · HILA*rus*
PIVS · VIXIT · ANNO
VNO·M·VIII·D·XXVII
DATOSVS · DISP · Et
PACCIA · IVSTINA
PARENTES · FILIO
DVLCISSIMO · FEC
H · S · E

Descriptam a Iolin misit Tissot.
5 EI traditur.

10573 ad chiliom. CXVI eiusdem viae ferratae.

TIuL
CO·P
S M
S P

Descriptam ab André misit Tissot.

10574 ad chiliom. CXVI eiusdem viae.

SSTIIVTII
ALISIVS L
VIX·AN·LXXX
VI D VIII

Descriptam ab André misit Tissot.

10575 Henschir el Karia, ubi mansio fuit ad Armascla TISSOT.

CAECILIA · ZABA · SACERDA · MAGNA
*vix*IT · ANN · LXXXV

Tissot descripsit misitque.

10576 Henschir el Karia.

D · M · S
IMPERIOSVS
. IVNIOR · PES
CENNIORVM
SERVVS · PIVS
VIXIT · ANN · III
MENS·IIII·DIEB·VIII
IMPERIOSVS·PATER
FIL · KARISSIMO

Tissot descripsit misitque.

LII*b*. BVLLA REGIA (*Hammam Darradji* prope Scheschia Beni).

Bullam regiam Tissotus (*Revue critique d'histoire et de littérature* 1880 Mart. 1) demonstravit fuisse non ad Bordj Ehelâl, sed ibi ubi est Scheschia Beni. Ibi rudera repperit et theatri et thermarum; thermae aquae sulfureae dicuntur hodie Hammam Darradji.

10577 Hammam Darradji.

DEA SACRA

Tissot descripsit misitque.

10578 Hammam Darradji.

ESCO · PROC · PROVINC*iae . . . . . proc*
PROVINCIAR · LVGV*dunensis et aquitanicae?*
P · ANNIVS · FAVSTINV*s carissimo*
AC · SINGVLARI · PRA*esidi*

Tissot qui vidit misit ediditque *rev. critique* l. c.

10579 Hammam Darradji.

GARGILIO · T · FIL · QVIR
VENATORI · P · P · PRAERO
GATIVO · TEMPORE · FACTO
a DIVO · HADRIANO · PRAEF
CVM

Tissot qui vidit misit ediditque *rev. critique* l. c.

P(*rimus*) *p*(*ilus*) *praerogativo tempore factus* [*a*] *divo Hadriano* confirmat, quod aliunde satis constabat, gradus ad summum hunc honorem militarem ordinis plebeii impetrandum per tempora certa determinatos fuisse. Nam ut impensae praerogatae sunt ante iustum diem persolutae, ita praerogativum tempus est anticipatum.

10580 Hammam-Darradji.

VALERIAE · L · F · CONCESSAE
C · DOMITIVS · C · F · QVIRINA
PVDENS · LVCRETIVS · HO
NORATIANVS · ET · C · DO
MITIVS · C · F · QVIRINA
CONCESSVS · MATRI · OPTI
MAE · ET · BENE · DE · FILIIS · SVIS
MERITAE · ITEM · SACERDOTI 'sic' TISSOT
PVBLICAE · CERERVM · DE
CRETO · AB · ORDINE · LOCO
S · P · P

Tissot qui vidit misit ediditque *rev. critique* l. c.

10581 Hammam Darradji.

D · M · S
P · FABIVS · VICTOR
PIVS · VIXT · ANIS · XXV
M · VI · D · XV · LIMITI
H · S · E

Tissot descripsit misitque.

4 LIMITI fortasse signum est defuncti positum casu secundo.

10582 Hammam Darradji

D · M · S
MARCIA · SATVR
NINA · PIA · VIX
ANNIS · VII
H · S · E

Tissot descripsit misitque.

10583 Hammam Darradji.

D · M · S · Q · ME
MMIVS · MA
RTINVS · PIVS
VIXIT ANNIS · LVI

Tissot descripsit misitque.

10584 Hammam Darradji.

D · M · S
M · MVNATIVS
DECIM

Tissot descripsit misitque.

10585 Hammam Darradji.

D · M · S
Q · STRABONIVS · HO
NORATIAnus PIVS · VI
XIT / / / / / h. s. S

Tissot descripsit misitque.

10586 Hammam Darradji.

D · M · S
L · VIBIVS · VIGIA
NVS · PIVS · VIXIT
ANNIS · XXIIII
MENSIBVS · VIII
H · S · E

Tissot descripsit misitque.

LIII. *Bordj Ehelāl* sive *Halal* (p. 157).

Non hoc loco Bullam fuisse, ut statuit Wilmannsius, sed in vico proximo Hammam Darradji iam constat (vide c. LII*b*). Cum titulis ad Bordj Ehelāl repertis composuimus prolatos ex regione inter id et Henschir Schemtu.

ad n. 1259. Tissot, qui item vidit, ut alia minus plene legit quam Wilmanns, ita v. 3 fin. dat GLORIOSISSIMIS.

10587 Bordj Ehelāl.

D · M · S
DATIVS
PIVS · VIXIT
AN ///
H s e

Tissot descripsit misitque.

10588 Bordj Ehelāl.

D · M · S
L · LICINIVS · MA
XIMVS · SPANVS
sex · ANNIS /
M · III · D · XII

Tissot descripsit misitque.

10589 ara ex marmore rubro chiliom. III a Schemtu versus castellum Byzantium Bordj Ehelāl.

LARIBVS AVG
ET LOCO SAN
CTO PRIMVS
AVG LIB
PROC M̄ N
ARAM
CONSECRAVIT

Tissot misit exempla duo.

3 in. / TO ex. I. — 4 AVG ex. II, VG ex. I. — 5 M̄ N ex. I, MN ex. II. — *Procurator M(arci) n(ostri)*, quae una interpretatio est iusta et legitima, Augusti libertus videtur esse non procurator ipsius imperatoris, qui sic solo praenomine a libertis appellari vix potest, sed procurator alicuius ex liberis domus Caesarianae.

10590 medio loco inter Schemtu et Bordj Ehelāl.

D · M · S
C FABVLEIVS
VICTOR VSTS
RANVS LEG III
AVG PIVS VI
XIT ANNIS LXXVI
H · S · S

Tissot misit exempla duo.

2 in. C om. in hiatu ex. I. — 5 AVD // PIVS ex. I; fortasse nomen legionis in litura restitutum est. — 6 LXXV ex. I.

10591 medio loco inter Schemtu et Bordj Ehelāl.

D · M · S
POMPSIA
PXIMA PIA
ET BON EXEM
PLI FEMNA VI
xit AN XXV

Tissot misit exempla duo.

4 BON ex. I. — 5 PLVMNA ex. I.

LIV. SIMITTHV (p. 158).

10592 Schemtu.

M · AELIO · AV
RELIO · VERO
CAESARI · COS · II   a. 145 46
IMP · CAESARIS
T · AELII · HADRIANI
antonini
AVG · PII · FIL
D · D · P · P

Tissot descripsit misitque.

Inter 5 et 6 hiatus non indicatur.

10593 Schemtu.

DIVO
P · HELVIO PER
TINACI · AVG
PIO · P · P
D · D P · P

Tissot descripsit misitque; edidit idem *revue critique* 1880 Febr. 23.

10594 Schemtû.

*a*ETVRIO · L · FIL
ORTVNAQ ///
EM VITE A ///
M · ET ADMIN*istratio*
*n*EM · IIVi*Ratus incom*
*pa*RABILE*m et munif*
*ice*TIAM SINGVLARE*m*/
ITATIBVS IVBIR ///
COMMOD/ ////
E SVNI //////
AVG NVM/ ////
HE NMVM/ ////
SQVE M /////
ae/E COLL*e*O PO*ne*
*r*VNT LOCO D*ato*
D D

Tissot descripsit misitque.

2. 5 fuit ad hoc exemplum: [*ob integritat*]*em vite a*[*tque moru*]*m*. — 5 IIVIIP . . . traditur. — 8 subest fortasse [*necess*]*itatibus pub*[*licis*].

10595 Schemtû.

ANTONIVS
NAMPHA
MO ///
//////

Tissot descripsit misitque.

10596 Schemtû.

O · M · S   O   T P
FL   T   VETE
DOMITIAN   B   TRN
VS   Q   TS
N
e
S

Descriptam a Goguel misit Tissot.

N L S traditur. — Tertius ordo litterarum aut principia tantum versuum continet aut corruptus est.

10597 Schemtû *encastrée dans le barrage* TISS.

//////// | *mulieres duae* | O · M · S
//////// | | GARGILIA · TIBVR
Q · VOLCI /// | | TINA · Q · VOLCI · IAN
PATRIS · VXOR | | VARI · FIL · VXOR
PIA · VIX · ANN · CII | | PIA · VIX · ANN · XXXIII
H · S · S | | N · S · E

Tissot descripsit misitque.

10598 Schemtû.

D · M · S
HOSTILIA
ASCLEPIAS
PIA · VIXIT
ANNIS · XXXV
M · HOSTILIVS
Q · P · QVIR
REGINVS · LIS
ATQVE · VXORI
OPTIMAS · FE
CIT · ST · SIBI
T · T · L · S

Tissot misit.

10599 e regione Schemtû ad confluentes Medjerdae et Meliz fluviorum.

D · M · S
L · MVRDIVS
FELIX · P · V · A
XXVIII

Tissot misit.

10600 Schemtû prope theatrum rep.

O · M · S
L · OCTAVIVS
HONORATIANVS
PIVS VIXIT ANNIS
NONAGINTA DIES
QVADRAGINTA TR*es*
N · S · E

Misit Tissot.

10601 Schemtû

C · VMBRIV *sic*
HONORA
TVS · PIVS
V · A · XXXIIII
M · V · O · XXIIII
N · S · S

Tissot descripsit misitque.

LIV*a*. AD AQVAS (*Sidi Ali ben Kassem*).

10602 *sur la rive droite de l'oued Endja, près de Sidi Ali ben Kassem*, ubi mansio fuit ad Aquas (vide p. 157).

LVNAE
reliqua latent

Tissot misit descriptam ab amico.

10603 Sidi Ali ben Kassem.

p. septimio getae
filio
IMP · CAES · L · SEP
TIMI · SEVSRI · PII
PERTINACIS · AVG
ARABICI · ADIA
BSNICI · PAR
THICI · MAXIMI
COS · III · *fratri*   n. 306/10
IMP · *c*AES · M · AVRELI
ANT*onini* AVG
PII · FELICIS · PAR
THICI · COS · III
O · O · P · P

Tissot descripsit misitque.

Principium deficere non adnotatur.

10604 Sidi Ali ben Kassem.

RI · A
D · O · P *p*

Tissot descripsit misitque.

10605 ubi est n. 10602.

Q · ANNAEVS
Q · F · ///IBVS · FAVEN
TINVS · ANN · LIII · *mil*
dona DONATVS · BIS · H
VIR · THVSVRV · H · S · E · VIXIT
HONES*te* ////// ARBI
TRA*tu* //////////

Tissot misit descriptam ab amico.

Non intellegitur Thusurus Byzacenae (supra p. 22), sed cognomine oppidum quod fuisse videtur in provincia proconsulari, cum et *civitas Tusuritana Africae pro*[*vin*]*ciae* sit in titulo Aquileiensi ibi citato et hic prodierit prope Vagam.

10606 Sidi Ali ben Kassem.

A
AECIL
SACERDOTE · Q · C*o*C
CEIO · GEMELLO · FVS
CIANO · AEDIL · Q
IIVIR · IIVIR · Q Q

Tissot descripsit misitque.

10607 Sidi Ali ben Kassem.

VS CELLAM SOLIAREM A *fundamentis?*
*extru*CTAM KARISSIMIS CIVIB*us*

Tissot, qui descripsit, misit ediditque *revue critique* 23 Febr. 1880.

Cf. vita Caracallae c. 9 (thermarum Antoninianarum) *cellam soliarem architecti negant posse ulla imitatione qua facta est fieri.*

10608 ibi ubi est n. 10602.

SSRVILIA
SEX · F · FLORIDA
ANNORVM · XXV
H · S · E

Tissot misit descriptam ab amico.

LIV *b*. FVRNI (*el Msa'adin*).

Furni vel Furnae oppidum civesque eius Furnitani memorati apud Cyprianum (epist. 1 p. 465 Hartel: *plebs Furnis consistens*) et in actis conciliorum (Carthag. a. 258 c. 59, Mansi 1, 962: *Geminius a Furnis*; Carth. a. 411 c. 198, Mansi 4 p. 148: *Florentinus Furnitanus*; Carth. a. 525, Mansi 8, 648: *Simeon Furnitanus*) ubi fuerint, adhuc ignorabatur, et tamen locum proximum Carthagini indicaret porta eius urbis *Furnitana* apud Victorem Vitensem 1, 3, nec probabiliter Guerinius (vide supra p. 94) oppidum collocavit in ipsis confiniis provinciae proconsularis ibi ubi nunc est Henschir Ain Furnu. Iam titulus quem infra damus repertus a Tissotio in vico el-Msa'adin, sito prope Bordj el-Amri ad occidentem, verum situm oppidi antiqui aperuit.

10609 Henschir Msa'adin.

CLEMENTISSIMO
PRINCIPI AC TO
TIVS //////
// VALENTINI
/NO PRO CONS
/FESTI V C SE — a. 364/67
CVM ANTONIO DRA
CONTIO V C AG V P P
ORDO FVRNITA
NVS CONSECRAVIT

Tissot repperit a. 1876 misitque.

Clementissimo principi ac totius [*orbis restitutori? d. n.*] *Valentini*[*a*]*no procons*(*ulatu*) *Festi v*(*iri*) *c*(*larissimi*), *secum Antonio Dracontio v*(*iro*) *c*(*larissimo*) *ag*(*ente*) *v*(*ices*) *p*(*raefectorum*) *p*(*raetorio*), *ordo Furnitanus consecravit.* Ad Festum proconsulem Africae Valentinianus rescripsit a. 366 (C. Iust. 3, 16, 1) et 367 (C. Th. 9, 19, 3), ad Dracontium vicarium Africae passim per a. 364—367. Quod significatur hoc loco vices praefectorum praetorio fecisse tam proconsulem quam vicarium, redit in titulis urbanis L. Aradii Valerii Proculi consulis a. 340 (vol. IV n. 1690; cf. quae de iis annotata sunt *mem. dell'Instituto* vol. 2 p. 312): *proconsuli provinciae Africae vice sacra iudicanti eidemq. iudicio sacro per provincias proconsularem et Numidiam, Byzacium ac Tripolim itemque Mauretaniam Sitifensem et Caesariensem perfuncto officio praefecturae praetorio.*

10610 el Msa'adin.

mAX · GERMANIC · MAXimuS · P · P · A
TOTIVSQVE·DIVINae DOMVS·EORVM
TI · ANTONius /////// SATVS
TORIS ///VA /////////
DVO ////////////////

Tissot descripsit misitque.

LVI *a*. *Bir Mangub.*

10611 Bir Mangub inter Sicilibbam et Vallem.

/////LI/////A//
MATRIS SVAS IVLIAS VICT
VESVNT IPSE AVEM ///

Tissot descripsit misitque.

LVII. VALLIS (p. 160).

ad n. 1273. Tissot praeter fragmenta duo (*h. i*) quae edidit misit item a se excepta *a. b. c. d. e. f* et ineditum inserendum post *f*. Ex varia lectione adnotare visum est Tissotium legisse *b* 1 A//DAE·P, *f* sic: SAIA / A — *h* 2 //I/L GELLIVS·C. Fragmentum quod accedit hoc est:

RTHICI · I
ANTONINI·PII·AVG

Verba tituli, quatenus redintegrari potuerunt adhibito exemplo utroque (fragmentum *g* quo pertineat, parum apparet), haec sunt: *Imp. Caes. M. Aureli*[*o Severo Antonino . . . . proco*]*s., divi Septimi* [*Severi pii Arab. Adiab. Pa*]*rt. max. Britan*[*nici maximi filio, imp. Caes. L. Septi*]*m. Getae p*[*ii Aug. Britannici fratri, divi M. Antonini Pii*] *Germ. S*[*arm. nep*]*ot., divi Antonini Pii* [*pronep., divi Hadriani abnep., divi Traiani Pa*]*rthici e*[*t divi Nervae adnep.*] | [*. . E*]*grilius C . . . . legem sacram . . . . s Optato . . . . et diatonis et exedris cum statuis domini no*[*stri imp. Caes. M. Aurelii*] *Antonini pii Aug. . . . . .*

ad n. 1274. 1275. Priorem Tissot, qui misit, explet sic: [*M. Opelio Antonino Di*]*ad*[*umenia*]*no* fortasse ingeniosius quam verius; nam cognomen excisum esse solet. Ceterum titulus n. 1275 cum in columna sit (*fragment de borne cylindrique*), si quid video est ipse n. 1274 male exceptus.

n. 1285. 1287 (*à Bordj el-Ouizir près de Sidi Median* TISSOT). 1288 misit Tissot a se descriptos.

10612 Sidi Median.

MARSYI
feliCIS FIL
hEREdes

Tissot descripsit misitque.

LIX. *Sidi Nasser* (p. 164).

ad n. 1308. Est Florentiae in museo cl. VIII n. 508 scripta litteris inconditis, sic excepta a Bormanno:

figurae duae
AESICIA
MAIOR

LX. *Schauwasch* (p. 164).

ad n. 1309. Descripsit item Tissot.

LXI. TVCCABOR (v. p. 165).

ad n. 1319. Vidit item Tissot.

ad n. 1320. Vidit Tissot et duo fragmenta a Wilmannsio descripta et tertium, quo titulus redintegratur:

IMP · CAES DIVI · HADRIANI · F · ANTONINO · AVG · PIO
SEXTILIVS · DEXTRI · FIL · CELSVS ARCVM · A · FVNDAMEN
CVM · GRADIBVS ET · STATVA · S · P · P · IDQ · DED

10613 Tukâber.

CORNELIA
STorCORIA

Tissot descripsit misitque.

LXII. CHIDIBBIA (p. 166).

10614 Henschir Tlil inter mansiones ad Atticilias et Coreva TISSOT. Idem videtur esse Telel n. 1349.

M · FLAV
6

Tissot descripsit misitque.

LXIII, 1. *Testûr* (p. 169).

Testûr oppidum recte opinor Tissotus contendit respondere mansioni Tichillae, contra Bisicam Lucanam fuisse, ubi nunc est Henschir el Biskâ inter Thignicam et Avittam. Certe *Bisca* tabulae Peutingeranae si est Bisica Lucana, id quod Wilmannsius quoque admisit, quod ea ab Avitta distare dicitur m. p. XVIII, non ad Testûr ducit, sed ad eum ipsum locum, cui nomen adhuc remanet. Titulus autem n. 1357 cum nomine Bisicae Lucanae repertus Testuri potest eo adductus esse ex Biskâ, ut similiter Testuri reperti sunt tituli n. 1413 *b. c*, quos constat olim prostitisse Thignicae.

n. 1333. 1356. 1375. 1379. 1390 Tissot quoque misit a se descriptos.

ad n. 1358. *Felix Ennodius* quominus mutetur, obstant nomina scriptoris, cuius hic avum habemus. — In 8ue fuit fere: THERMAS (?) QVAS ITA VETVSTAS CVM STRAge *ingenti abolverat, ut de restituendis iis nulla spes superesset, civitas restituit.*

ad n. 1391. 'Lege *d(eposita) V kl. S[ept]*.' Rossius.

10615 Testur.

APONIO
VALERIV
S DIOCLETI
ANVS 𝔠𝔳𝔰
EL · LX
/////

Tissot descripsit misitque.

Aponiu Valerius Diocletianus (centurio?) v(otum) s(olvit) ([l]ibens) l(aetus) [m(erito?)]. Aponius deus num sit Aponus Patavinus satis notus (cf. vol. V p. 271), non magis definimus quam titulum tribuere audemus Diocletiano ei qui postea imperavit.

10616 Testur.

DAIVS
LENTI CES
TORIS P·V
AN · CV
H·S·E·T·O
L · ?

Tissot descripsit misitque.

Hiatus in fine non adnotatur.

10617 Testur.

LVRIVS
PIVS VIX
/////

Tissot descripsit et misit.

LXIII, 2. *Pisado* (p. 173).

